Casa
Gab. R
Est.
Tab. 47
N.º 11

[illegible] Officina, [illegible] Sutras.

Dep.º = E = 3 – 9.

Este Livro cujo Author, era, lug.r d'impressão se ignora, talvez seja a terc.a de q. fala Moreri no seu Diccionario = Pedro Scoeffer genro de Faust em Moguncia no anno 1460 = inventores da Impressão = A prim.a obra imprimida parece foi um Psalterio Latino em 4.º anno de 1457 = a 2.ª O Rational de Guilhermo Durand em folio; anno de 1459 = a 3.ª este sobred.o Livro = Catholicon = anno seguinte de 1460 = a 4.ª impressão = Biblia = anno de 1462 = todas estas d.as obras sahirão de Moguncia da impressão de Faust, e de Scoeffer, assim como os offic.os de Cicero, anno de 1466 = V.e Diccion. de Moreri = letra Imp = fol. – 122 columna 2.ª, 3.ª e 4.ª e princ.o de fol. 124 = 8.ª

Impresso em 1460 = tem a id.e neste anno de 1826 = 366 = [illegible] 1861 – 401.

Não parece que esta seja a edição de Moguncia de 1460.

Segundo o Repertorium Bibliographicum de Hain, a edição de Moguncia do anno de 1460 tem 373 folhas, e as columnas 66 linhas, em quanto que este livro tem 311 folhas (contando com o final que lhe falta) e as suas columnas tem no geral 70 linhas. Alem disto a divisão das primeiras linhas da 1.ª folha deste livro diversifica da da edição de Moguncia, como se pode ver no citado livro de Hain.

Se esta edição é do seculo XV, parece seja a de Veneza; de 1490 descripta por Hain no seu Repertorium Bibliographicum, sob o n.º 2261

Dezembro de 1867.

Incipit ſumma que vocat Catholicon edita a fratre Joanne de Janua: ordinis fratrum predicatorum.

# Proſodia

quedā pars grāmatice nuncupat. Partes ſiquidem grāmatice ſunt quattuor. ſ. orthographia: ethymologia: diaſyntaſtica: ⁊ proſodia. Orthographia dicitur ab orthos quod eſt rectū: ⁊ graphia ſcriptura: Inde orthographia id eſt tractatus de recta ſcriptura litterarū ⁊ ſyllabarum. Etymologia dicit ab etymon quod eſt verū ⁊ logos ſermo: inde etymologia. i. tractatus de veritate omniū partium orationis abſolute. Diaſyntaſtica dicit a dia quod eſt de: ⁊ ſyntaſis quod eſt conſtructio: inde diaſyntaſtica. i. tractatus de cōſtructione perfecta. Proſodia vō dicit a pros quod eſt ad ⁊ odos quod eſt cantus: inde proſodia. i. tractatus de cuiuſlibet dictionis tempore vel accentu. Principaliter autē in iſto tractatu ſiue libro intendo de proſodia: licȝ etiā de alijs tribus partibus aliqua hic tangam. Unde tractatus iſte tanq̄ȝ a principaliori intento: ſi placet proſodia nūcupet. vel ſi magis placet liber iſte vocet catholicon eo ꝙ ſit cōmunis ⁊ vniuerſalis. Valet ſiquidē ad oēs ferme ſciētias. Nam hic de facili inuenitur vnde dictiones forment ⁊ deriuent: quō ſcribant ⁊ proferantur: qualiter exponant ⁊ etymologizent ⁊ conſtruantur. Inuenies etiam hic multas vtiles queſtiones naturales: theologicas motas ⁊ declaratas. Ordo autē iſtius libri talis eſt. Primo licȝ principaliter intendam de proſodia: tamen quia orthographia eſt quodāmodo via ad proſodiā: agā de orthographia. Secūdo de proſodia. Tertio de etymologia ⁊ diaſyntaſtica quaſi mixtim aliq̄ dicā. Deinde ſpecialiter de conſtructione ⁊ ſuis ſpeciebus ⁊ partibus: necnon de regimine ſubiungā. Quarto determinabo de figuris. Quinto de orthographia: ꝓſodia: origine ⁊ ſignificatione quarundā dictionū que ſepe inueniunt in biblia: ⁊ in dictis ſanctoꝝ: ⁊ etiā poetarū ſm ordinē alphabeti ordinate ſubiungā. Libellū autē hunc ad honorē dei ⁊ glorioſe virginis Marie: ⁊ beati Dominici patris noſtri: ⁊ omniū ſanctoꝝ electoꝝ: necnon ad vtilitatē meam ⁊ eccleſie ſancte dei ex diuerſis maiorū meoꝝ dictis multo labore ⁊ diligēti ſtudio compilaui. Operis quippe ac ſtudij mei eſt ⁊ fuit multos libros legere: vt ex plurimis diuerſos carperē flores: que meliora ⁊ vtiliora ſunt cū beato Hieronymo electurus. Nam ſm Baſiliū q̄ vtiliora ſunt mandari memorie principalius meruerunt. Demētia enī eſt ſuperuacua addiſcere in tanta temporis egeſtate. Si alicubi vō vox noſtra inſonuit: non a paternis diſceſſit limitibus. Hoc autē non preſumens de viribus proprijs attentaui: quum quaſi nulle ſint: ſed conſummationis fiduciam laboriſq̄ȝ mercedē totaliter in ſamaritano pulſo timore figens: qui prolatis in procuratione ſemiuiui duobus denarijs ſupereroganti cuncta reddere eſt profeſſus. Delectat nos ſane veritas pollicētis: ſed terret immenſitas laboris: deſideriū hortat proficiendi: ſed dehortat infirmitas deficiendi: quā vincit zelus vtiq̄ȝ domus dei. In hoc autē tractatu non ſolū pium lectorē: ſed etiā liberū correctorē deſidero: dūmodo eius ſit conſcientia inuidētie abſq̄ȝ veneno. Queſo autē mente deuota vt quiſq̄ȝ hunc librū legerit: apud diſtrictū iudicē ſolatium mihi ſue orationis impendat: ⁊ omne quod in me ſordidum deprehenderit orationibus diluat. Orationis autē et expoſitionis virtute collata lector meus in recompenſatione me ſuperat. Si tamē per me verba accipit: pro me fratre Joanne Januenſi fratrū predicatoꝝ nimio ad deū preces deuote fundat.

De prima parte iſtius operis. ſ. de orthographia.

# Prima ergo pars

iſtius libri vt dixi eſt orthographia: Circa quam ſic procedam. Primo namq̄ȝ agam de littera. Secundo de ſyllaba. Tractaturi autē de littera dicemus de diffinitione: diuiſione: diuiſionis declaratione: mutatione: ⁊ recto ordine litterarum.

Biblioteca da Universidade Coimbra 61956

De littera.

# Littera ſic diffinitur.

Littera eſt minima pars cōpoſite vocis. Vel littera eſt vox indiuidua que ſcribi poteſt. Dicit autē littera a lino linis vel a lituris eo ꝙ antiqui ſcribebant in ceratis tabulis: et poſtea linebant. Litterarū alie ſunt vocales: alie conſonātes. Vocales ſunt quinq̄ȝ. ſ. a. e. i. o. u. nā y idem eſt qđ i vocalis. Conſonantiū quedā ſunt ſemiuocales: ⁊ quedā mute. Semiuocales ſunt ſeptem. ſ. l. m. n. r. s. x. z. Mute ſunt nouē. ſ. b. c. d. f. g. k. p. q. t. et i ⁊ u poſite ante vocalem in principio eiuſdem ſyllabe: vt iuno ⁊ venus. I tamen ſi eſt conſonās ante us: ita remanet abiecta us: vt cuius cui ⁊ pompeius pompeij: preter hūc datiuū ei: in quo eſt vocalis. Q ⁊ k ſunt idem elementū quod c. H vō non eſt lr̄a ſed aſpirationis nota. Liquide ſunt due. ſ. l ⁊ r: que poſite poſt mutā in eadem ſyllaba permittunt precedentē vocalem naturaliter longā corripi: vt aſecla ⁊ tenebre. Duplices conſonātes ſunt tres. ſ. i conſonans poſita inter duas vocales naturaliter: et x ⁊ z ſemꝑ: vt maior dux gaza. Vocales autē dicunt quia per ſe plenā vocē faciūt. Semiuocales appellant quia plenā vocē non habēt: vt ſemideos ſemiuiros appellamus: non ꝙ dimidiam partē habeant deoꝝ vel viroꝝ: ſed quia nō ſunt pleni dij vel viri. Mute dicunt nō ꝙ omnino carent voce: ſed quia exiguā partē vocis habēt: ſicut informis dicit mulier nō que caret forma: ſed que male eſt formata. Et dicimus frigidū eū non qui penitus expers eſt caloris: ſed quia minime hoc vtitur. vnde mute nominate ſunt ad comparationē bene ſonantiū. Semiuocales quantū vincunt a vocalibus tantū ſuperāt mutas. K ⁊ q q̄uis figura ⁊ nomine videant aliquā habere differentiā cū c: tamen eandē tā in ſono vocū q̄ȝ in metro continēt poteſtatē: ⁊ k quidē penitus ſuperuacua eſt. Nulla enī videt ratio cur ſequēte a debeat ſcribi k. kartago enī ⁊ caput ſiue per c ſiue per k ſcribant: nullā faciunt nec in ſono nec in poteſtate eiuſdē conſonātis differentiā. Q vō propter nihil aliud ſcribēda eſſe videt niſi vt oſtendat ſequentē u ante litterā vocalem in eadē ſyllaba poſitā perdere vim littere in metro: non enī facit poſitionē. ꝙ ſi ideo alia littera eſt exiſtimanda q̄ c: debet g quoq̄ȝ quum ſimiliter preponit u amittēti vim littere alia putari: ⁊ alia quum id non facit. Dicimus enī anguis ſicut quis: ⁊ augur ſicuti cur. vñ ſi velimus equiuocitate contēplari non plus q̄ȝ. xviij. litteras in latino ſermone habemus: hoc eſt. xvj. antiquas grecoꝝ: ⁊ x ⁊ f poſtea additas: ⁊ eas quoq̄ȝ ab eiſdē ſumptas. Nam y ⁊ z grecorū cauſa nominū aſtruimus. H vō aſpirationis nota eſt: ⁊ nihil aliud habet littere niſi figurā: ⁊ ꝙ in verſu ſcribitur inter alias litteras: ſicut dicit Priſcianus in primo maioris. Itē ſciendum eſt ꝙ nulle prepoſitiones vel coniunctiones debent aſpirari. Omnes autē alie partes orationis aſpirantur: vt hamus: hereo: habens: hic: huc: heu: ſicut dicit Priſcianus in tractatu prepoſitionū. Itē aſpiratio vt dicit Priſcianus in primo maio. ponitur ante oēs vocales: vt habeo: heres hyems: hō: humus: hylas. Poſt conſonātes autē q̄ttuor tantūmodo more antiquorū grecorū. ſ. c vt chremes: t vt

Livraria da Universidade

thraſo:p vt philippus:r vt pirrhus. Jdeo aūt extrinſecus
h ſcribit vocalibus vt minimū ſonent: conſonantibꝰ aūt
intrinſecꝰ poſt vt plurimū ſonēt. Oīs vō lr̄a vel vox plus
ſe ſonat quū ipſa aſpiratio poſtponit q̄ꝫ qum anteponit
Sed hoc videt fallere in vah ⁊ ah: quia aſpiratio videtur
poſtponi vocalibꝰ: ⁊ non anteponi. Sed ad hoc reſpōdet
Priſ. ꝙ apocapa facta eſt extreme vocalis a: cui prepone-
bat aſpiratio: nā pfecta vaha ⁊ aha ſunt. Jdeo autē abſci-
ſione facta extreme vocalis aſpiratio manſit ex ſupiori pē
dens vocali: qꝛ ſuū eſt interiectionis voce abſcōdita pro-
ferri: itaqꝫ pars abſcondite extremitatis videt cōgrue in-
teriectionis naturali ꝓlatione remanſiſſe. Et vt Donatus
ait: Uox eſt incōdita vox hec. Hec quoqꝫ q̄ plena eſt vox
interiectio nō eſt. Et dicit incōdita. i. intus cōdita. Jtem
ſcias ꝙ nunq̄ꝫ ante i loco conſonātis poſita aſpiratio pōt
inueniri: ſicut nec ante u conſonantē. vn̄ biulcus triſſylla-
bum eſt ⁊ hyeme. Nulla vō conſonās ante ſe aſpirationē
recipit. Hic nota ꝙ cremes propriū nomen dicit a cremo
mas: ⁊ ſm hoc caret aſpiratione. ſi vō habeat aſpirationē
chremes: tūc nō ē nomē latinū: nec deriuat a cremo mas
vt dicit Hug. Jtem idem dicit ꝙ nō credit ꝙ hoc nomen
propheta deriuet a profor faris: ſed credit potius ꝙ com
ponat a pro vel procul ⁊ phonos: qꝛ hoc nomen prophe-
ta h habet poſt p quā nullū latinū debet habere. Un̄ vult
Hug. ꝙ predicte quattuor ꝯſonātes aſpirent in grecis di
ctionibꝰ: ⁊ nō in latinis. Jdem etiā videt velle Priſ. qui
poſtq̄ꝫ dixit ꝙ aſpiratio inuenit poſt q̄ttuor conſonātes
tn̄ q̄ſi exponēs ꝙ hoc eſt intelligēdū de grecis dictiōibꝰ:
ſubiūgit aliq̄ntulū poſt: T inquit ſine aſpiratione ponit
in latinis: in grecis vō vel principaliter. i. in principio: vel
geminata in media dictione aſpiratur: vt rhetor: rhodus:
pirrhus. Jtē Priſcia. in. vj. li. vbi agit de deſinētibꝰ in es
ꝓdu. ita dicit Rhānes netis ⁊ rhānis quod grecū eē oſtē
dit aſpiratio poſt r poſita: qđ in latinis noībꝰ nō fit. Jdeꝫ
ſentit Apuleiꝰ q̄ dicit ꝙ vitiū facit qui aſpirat pulcher vl
ſepulchrū: qꝛ c nec vlla conſonās debet apud latinos aſpi
rari. Sed ꝯtra hoc poteſt obijci de mihi ⁊ nihilū. Sed di
cit Apuleiꝰ ꝙ debet dici mici: licꝫ cōis vſus habeat mihi
De nihilo dico: ꝙ cōponit a nō ⁊ hilū pēne. vn̄ nō per ſe
aſpirat c: ſed q̄ſi ꝑ accidens. cōtrahit enī hoc ab altero cō-
ponentiū: improprietates autē nō ſunt extēdende. Ex hoc
patet ꝙ catena non debet aſpirari. Ex predictis patet ꝙ ſi
aſpiratio ponit ante omnes vocales apud latinos: ⁊ poſt
q̄ttuor conſonātes in dictiōibꝰ grecis aliq̄n: nō tn̄ eſt de-
terminatū nec declaratum in grāmatica a Priſcia. nec ab
aliquo auctore ſicut puto q̄n generaliter dictiones latine
vel vocales debeant aſpirari: nec q̄n predicte quattuor cō
ſonantes debeant aſpirari poſt in dictionibꝰ grecis: quia
nō ſemꝑ ille conſonātes in dictionibꝰ grecis aſpirant: et
propter h̄ difficile eſt ſcire: ⁊ maxime mihi nō bene ſciēti
linguā grecā: q̄n ⁊ in quibus dictionibꝰ aſpiratio debeat
preponi vel poſtponi vniuerſaliter. Et ideo ſi aliq̄s dictio
nes in hoc libro vel opere aſpiraui nō aſpirādas: vel non
aſpiraui aſpirādas: peto veniā de omiſſis.

De diphthongis.

**Cire etiam debes** ꝙ q̄dā vo
cales alijs
vocalibꝰ preponunt ſicut patet in diphthongis:
vn̄ hic de diphthongis aliquid dicā. Diphthongus eſt
coniūctio duarū vocaliū vim ſuā retinentiū in eadē ſylla-
ba. Nā u poſita poſt g vel q vel s ſequente vocali in eadē
ſyllaba amittit vim littere: vt quis lingua ſuadit. vn̄ dicit
Priſ. in primo maio. Eſt inq̄t ꝙ q̄n u amittit vim tā vo-
calis q̄ꝫ conſonātis: vt qum inter q ⁊ aliā vocalē ponit: vt
quis: quoniā: hoc idē plerūqꝫ patit inter g ⁊ aliā vocalē:
vt ſanguis: lingua. S q̄nqꝫ antecedente: ⁊ ſequēte a vel e:
hoc idem ſepe fit vt vim ſuā amittat u tā vocalis q̄ꝫ conſo
nātis: vt ſuadeo ſuauis ſueſco ſuetus. Et q̄nqꝫ idē u trāſit
in cōſonantē: vt nauta nauita: gaudeo gauiſus: ſicut econ
trario a conſonāte trāſit in vocalē: vt caueo cautus: voluo
volutus: faueo fautus. Jtē au trāſit in o ꝓductā more an-
tiquo: vt lotus pro lautus. Jn u quoqꝫ lōgā, trāſit: vt clau-
do includo. Jtē ae trāſit in i ꝓdu. vt quaero inq̄ro: caedo
occido: laedo illido. Jtē au pro ab prepoſitione ponit in
his verbis aufugo ⁊ aufero. Diphthongi aūt ſunt q̄ttuor
ſ. au. eu. ae. ⁊ oe. Quarū due ex toto ſcribunt ⁊ ꝓferunt. ſ.
au ⁊ eu: vt audeo: eunuchus. Alie vō due ex parte ſcribun
tur: ⁊ ex parte proferuntur. ſ. ae ⁊ oe: vt muſae ⁊ foenū. Et
ſcias ꝙ iſte due diphthongi. ſ. ae ⁊ oe in cōi ſermone non
ꝓferunt: ita ⁊ in hoc libro fere nunq̄ꝫ ſcribunt. vn̄ celū in-
uenies ſcriptū infra in ſuo loco in quinta parte ꝑ e ſine a
q̄uis ſit ibi ae diphthongus. vn̄ celū q̄ſi caelū. Jtē fenū ꝑ
e ſine o inuenies ſcriptū q̄uis ſit ibi ae dipthongus taci-
ta q̄ſi foenū. ⁊ ita de conſimilibꝰ intelligas. Feci tn̄ aliq̄n
quoddā ſignū in vocali q̄ profert ad denotādū ꝙ ibi eſt
diphthongus tacita. Uide in caelū. Diphthongi aūt dicū
tur ꝙ binas phthongos: hoc eſt binas voces comprehen-
dunt nam ſingule vocales ſuas voces habēt. Jtē ſcias ꝙ
diphthongus nunq̄ꝫ in preterito pfecto mutat: vt haereo
haeſi: audio audiui: moerreo moerui: excepto caedo ceci
di. Et ſi obijcias de aufero abſtuli: quod mutat au in abs
Dicimꝰ ꝙ nō eſt eiꝰ rectū pteritū ſed accōmodatū. Aīad-
uertendū etiā eſt ꝙ nulla dipthongus in duas pōt conſo-
nantes deſinere: in duplicē aūt inuenit vt fex fecis: ⁊ faux
faucis. Scias ꝙ oīs dictio pme declinatiōis vel ſequēs
primā declinationē in e deſinēs cuiuſcūqꝫ caſus vl nume
ri vel generis ſit diphthōgat: vt muſae: electae: illae: ipſae
quae. Recte vō caſus vocatiuus non ſequit primā decli-
nationē ſed ſecundā: quia ex parte maſ. ge. ⁊ neu. eſt ſecū-
de: ⁊ ideo non diphthongat in maſ. ge. ſiue in vocatiuo. ⁊
ita de conſimilibꝰ eſt dicendum.

De accidentibus.

**Ota inſuper** ꝙ ſicut tribꝰ modis
ꝯſiderat lr̄a: ita ei ac
cidunt tria. ſ. nomē: figura: poteſtas. nam inq̄ntū
ſcribit cōuenit ei figura. rōne vocis ꝯuenit ei nomē. ſed
inq̄ntū ꝓnūciat cōuenit ei poteſtas. Jtē nō eſt ignorādū
ꝙ mutatio litterarū fit quinqꝫ modis. ſ. caſu: vt virgo vir
ginis. tpe vt ago egi. deriuatione: vt ſaxū ſaxoſus. cōpoſi-
tione vt arma armipotēs. antiq̄ ꝓlatione: vt vt proes pro
prodes. Eſt aūt mutatio ſubſtātialis ⁊ accidētalis. Sub-
ſtantialis aūt mutatio eſt qum vna lr̄a ponit pro alia: vt
ago egi. Accidentalis vō mutatio eſt q̄n ꝓducta eadē po-
nitur pro correpta: vt lego legi. Jtē ſciēdū eſt ꝙ ſex ſunt
ſpēs motus: ſicut dicit Ariſto. in primo li. predicamētorū
ſ. generatio: corruptio: augmētū: diminutio: alteratio ſm
locū mutatio. Et ſm oēs iſtas ſpēs motus habet fieri mu
tatio litterarum ſm generationē: vt creo creaui. ſm corru
ptionē: vt ago egi. ſm augmentū: vt amo amaui. ſm dimi
nutionē: vt ſedeo ſedi. ſm alterationē: vt lego legi. ſm lo-
ci mutationē: vt mordeo momordi. Jtē ſcias ꝙ ꝓdu-
ctum u nō manet: vt ludo luſi. mō mutat in u correptā: vt
pungo pupugi: tundo tutudi. Jtē u in o tranſit: vt nemus
nemoris: ebur eboris: pro u habet o. Jtē aliq̄n o in u mu-
tat: vt tremo tremui: ⁊ huc illuc pro hoc illoc. Jtē a ꝓdu.
in e ꝓdu. inuenit conuerti: vt alitus anhelitus. Preterea
ſciēdū eſt ꝙ ſeptē vel nouē ſm Priſ. ſunt lr̄e q̄ interponū
tur cauſa euphonie. ſ. b vt ambigo: ex am prepoſitione ⁊
ago interpoſita b. Jtē imbuo uis ex in ⁊ vo vis: n mutata
in m ⁊ interpoſita b ſm quoſdā. C vt ſicubi: ex ſi ⁊ vbi in-
terpoſita c lr̄a. Jtē nūcubi ex nō ⁊ vbi: interpoſita c littera
D vt prodeſt a pro ⁊ eſt: interpoſita d vt dicit Priſ. in. viij
li. ꝑ totā declinationē vbicūqꝫ a vocali incipit hoc verbū
eſt: interponit d iuncture cōpoſitiōis. R vt dirimo: ex di
⁊ emo e in i interpoſita r. S vt obſcurus ex ob ⁊ cura cure
interpoſita s lr̄a. T vt idētidē: ex idem ⁊ idem interpoſita
t lr̄a. P vt emptꝰ. ⁊ u ꝯſonās: vt bos bouis: vt dicit Priſ.
in. vij. li. A boue quoqꝫ bouū debet fieri e in uin. Sed no
tandū ꝙ u cōſonantē aſſumūt oblīq̄ caſus ſingulares hia-
tus cauſa. abijciūt aūt eā q̄n plures ſunt genitiuꝰ: datiuꝰ:

ablatiuus. vñ genitiuus boum. datiuus autẽ ꝛ ablatiuus ꝑ ſyncopã ſepe medie proferunt̃ ſyllabe: vt bobus pro bouibus. De predictis quidã dant euphoniã ri. ſus. te. um. bra. ca. do. ꝛ pre. p ꝛ u conſonans.

De mutatione conſonantiũ.

**Poſtquã** de vocalib⁹ diximus: nũc de mutatione ꝯſonãtiũ dicam⁹. Sciendũ ergo primo eſt ꝙ tres ſunt ꝯſonãtes q̃ manẽt eedẽ ꝑ oẽs caſus: ꝛ nõ mutant̃. ſ. l. n. r. vt ſal lis: flumen nis: ceſar ris. T quoqꝫ ꝛ c q̃uis in ſolis trib⁹ noib⁹ inueniant̃ q̃ põt declinari hocidem ſeruãt: vt caput pitis occiput pitis: ſynciput pitis. ab eodẽ cõpoſita alec cis: lac ctis: in quo t etiã addit̃. inuenit̃ etiã hoc lacte indeclinatũ. Reliq̃ v̾o ꝯſonãtes mutant̃ vel abijciãt d: ad aliq̃d alicuius. m vt templũ pli s vt magnus gni. x vt rex gis. Sꝫ h̾ videt̃ fallere in hoc noĩe epar epatis: in quo r non remanet eadẽ ꝑ oẽs caſus. ſed dic ꝙ intelligẽdũ eſt de noib⁹ latinis: ſed epar non eſt latinũ. Nota etiã ſicut dicit Priſ. in primo maio. ꝙ in preteritis ꝑfectis verboꝝ ſolent oẽs ꝯſonãtes mõ mutari mõ manere: exceptis q̃ttuor. ſ. l vt celo laui. p vt turpo paui. s vt quaſſo ſaui. x vt nexo xui. he enĩ nunq̃ꝫ mutant̃. Alie v̾o ꝯſonãtes mõ mutant̃ mõ manent: vt habeo habui: iubeo iuſſi: cõpeſco cõpeſcui: dico dixi: aſcẽdo di: ledo ſi: lego gi: pungo xi: demo pſi: premo preſſi: moneo monui: ſino ſiui: nequeo nequiui: torſi: deſero deſrui: vro vſſi: verto verti: flecto xi. Sed põt obijci de hoc verbo vello vulſi: in quo mutat̃ l in preterito. Sꝫ dic ꝙ Priſ. intellexit de regularibus. nã vello velli debuit facere regulariter. Itẽ q̃rit̃ de diſco didici: pello pepuli: ꝑcello ꝑculi. Sed dic ꝙ l ꝛ s nõ mutant̃ in his verbis: ſed abijciunt̃ poti⁹. Intelligendũ eſt ergo de regularib⁹ ꝛ de mutantib⁹: non de abijcientibus. Nunc de ſingulis conſonantibus videamus.

b **Manet** vt bibo bibi. mutat̃ in ps: vt nubo nupſi: ſcribo ſcripſi. vel in duo ſſ: vt iubeo iuſſi: vt vult Priſci. in. viij. li. Querit̃ autẽ de ſcripſi nupſi: cur nõ ꝑ b ſed ꝑ p ſcribant̃: ꝛ h̾ eſt cauſa euphonie: ꝙ in principio ſyllabe b ante s vel t non põt inueniri: vt ipſe aptus: pſitacus. Nã abſon⁹ abſtinens ꝛ ſilia nõ in principio ſyllabe ꝯiũcta b ꝛ s habẽt qũ prepoſitio ſeꝑatim eſt ſyllaba accipiẽda. Igit̃ participia ſupradictoꝝ v̾boꝝ rõnabiliter ꝑ pt ſcribunt̃: ſcriptus nuptus. ꝛ noĩa ex his deriuata ſcriptor: nuptie. Hec Priſ. in ix. li. In p̃mo aũt dicit ꝙ b ꝛ s nõ al̾s debẽt prope poni: h̾ eſt in eadẽ ſyllaba ꝯiũcte niſi in fine noĩatiui: cui⁹ genitiuus in bis deſinit: vt vrbs bis: celebs libis. Si obijciatur de abs: dic ſc̄m quoſdã ꝙ deberet excipi: vel vt quidã dicunt intelligendũ eſt de poliſyllabis: vt legatur littera ſic: Non al̾s debent preponi in nominatiuis niſi in illis cui⁹ genitiuus in bis deſinit.

c **Tranſit** in u conſonantẽ: vt paſco paui. in x vt dico dixi. in s vt mulceo mulſi: parco pſi ſiue pepci. ꝛ in g antecedẽte n: vt q̃dringẽti: quingẽti: ſexingẽti. Necnõ poſt s poſita trãſit aliqñ in t vel aſſumit eã: vt iraſcor iratus: nanciſcor nact⁹ naſcor natus: paciſcor pactus.

d **Tranſit** in c: vt accidit: q̃cq̃ꝫ. i g vt aggero. in l vt alllido. i p vt appono. in r vt arrideo: meridies. Antiquiſſimi v̾o ꝑ ad ar frequẽtiſſime ponebãt: vt arfari pro adfari: aruolare ꝑ aduolare. vñ oſtẽdit̃ recto arceſſo dici ab arcio verbo qd̾ nunc accio dicim⁹: qd̾ eſt ex ad ꝛ cio cõpoſitũ. Trãſit etiã in s vt aſſideo. in duas quoqꝫ ſſ: vt cedo ceſſi. in t vt attamino. Item d interponit̃ frequenter hiat⁹ cã ꝓhibẽdi in cõpoſitis: vt redigo: redarguo: ꝓdeſt. Retrahit̃ etiã qum ſequẽs ſyllaba ab s ꝛ alia conſonãte incipit: vt in aſpicio: aſcẽdo: aſpiro: aſto. hoc aũt fit ne conſonãs geminet̃ ante aliam conſonantẽ.

f **In latinis** dictionib⁹ ponimus: vt fama fili⁹. In grecis v̾o noĩbus ph: vt orpheus: pheton. Hoc tñ ſcire debem⁹ ꝙ nõ tã fixis labris eſt pronũcianda f q̃ꝫ ph: atqꝫ hoc ſolũ intereſt.

g **Tranſit** in s: vt ſpargo ſparſi. in x: vt rego rexi. in ct. vt pingor pictus: ago actus.

h **Eſt vbi** manet itegra: vt habeo habui. eſt vbi mutatur in x: vt traho traxi: veho vexi: vt dicit Priſ. in. ix. li.

k **Superuacua** eſt vt dic̄ Priſ. in primo maio. que q̃uis ſcribatur nullam aliam vim habet q̃ꝫ c: vt ſupra dictum eſt.

l **Tranſit** in x vt paulum pauxillũ: mala maxilla: velum vexillum. In r vt tabula taberna.

m **Tranſit** in n: ꝛ maxime d vel t vel q ſequẽtib⁹: vt tñ tãtũdẽ: qd̾ cõponit̃ a tantũ ꝛ demũ. Idẽ identidẽ: eoꝝ eorundẽ: nũ nũcubi: nunq̃s: nunq̃ꝫ: anceps ꝑ amceps. Am enĩ prepoſitio f vel c vel q ſequẽtib⁹ m mutat̃ in n: vt anfractus: anciſus: anquiro. Uocali v̾o ſequẽte intercipit b: vt ambitus: ambeſus: ambuſtus: ambages. necnõ etiã in cõbuſt⁹ ꝛ cõburo idẽ fit. Idẽ m finalis dictiõis ſubtrahit̃ in metro plerũq̃ꝫ ſi a vocali incipiat ſequens dictio: vt illũ expirantẽ trãſſixo pectore flãmas. vetuſtiſſimi tñ nõ ſemꝑ eã ſubtrahebãt. Enni⁹ in. x. annaliũ: Inſignita fere cuꝫ milia miliũ octo. Itẽ m obſcurũ in extremitate dictionũ ſonuꝫ habet: vt tẽplũ apertũ. in principio: vt magnus. mediocrẽ in medijs: vt vmbra. Itẽ ſola h̾ ſemiuocalis poſt s ponit̃ qd̾ mutarũ eſt: vt ſmirna: ſmaragdus. ꝛ añ liq̃dã: vt ſãnis rhãnis. ꝛ qñ ante s ponit̃ in finali ſyllaba: ngis more interpoſita i facit genitiuũ: hyems hyemis: velut inops inopis: celebs libis: ſic dicit Priſ. in p̃mo maio. Idẽ in. x. dicit. M manet: vt emo emi. aſſumit pſ: vt demo dempſi: como compſi: promo prompſi. geminat̃ vt mordeo momordi. ſubtrahit̃: vt rũpo rupi. Idẽ dicit in. x. li. Emo emptuꝫ facit: quod ideo aſſumpſit p qꝛ nõ põt m ante tũ ſine p inueniri cauſa euphonie: vt ſumptus: promptus: comptus. De am ꝛ circũ infra dicam.

n **Modo** mutat̃ in ps: vt temno tempſi. vel in u loco ꝯſonantis: vt ſterno ſtraui. Subtrahit̃ in linquo liqui: vinco vici: ꝯiũx cõiugis pro ꝯiũgis: ne v̾bũ putet̃ eẽ vt dicit Priſ. in ix. li. Et in. vj. li. dicit ꝙ coniũx deſinit in nx. Itẽ n vt dicit Priſ. in p̃cipio maio. trãſit in g: vt ignoſco: ignot⁹: ignauus: ignominia: cognoſco cognat⁹. põt tñ i quibuſdã eorũ etiã ꝑ ſciſſionẽ adempta videri n: vt ignarus: qꝛ in ſimplicib⁹ quoqꝫ põt ꝑ adiectionẽ inueniri g: vt gnarus gnatus: ꝛ ſequẽte g vel c: pro ea enĩ greci ſcribũt g. Et q̃dẽ vetuſtiſſimi auctores romanoꝝ euphonie cã: vt agchiſes agceps: aggulus. alij ſcribũt n ꝛ g: vt anceps: angulus. ꝛ h̾ vſus modernoꝝ hꝫ. Tranſit n in l: vt vnus vllus: catena catella: bon⁹ bellus. ſilr̄ collido: colligo: illido. Itẽ trãſit n in m ſequentib⁹ b in p: imbellis: ĩmineo: imꝑator: impellor. Silr̄ in grecis noib⁹ neutris in on deſinentibus: vt impellion: impelliom. Tranſit etiã in r: vt corrigo: corrũpo: irrigo. Hãc aũt mutationẽ lr̃arũ ſciẽdũ ẽ nãli q̃dã voce rõne fieri propter celeriorẽ motũ lingue labioꝝq̃ꝫ ad vicinos facili⁹ trãſeuntiũ pulſus. Et ſcias ꝙ in. ij. li. Priſcia. addit pene. vñ dicit Pene vbicũq̃ꝫ cuꝫ prepoſitio ante dictionẽ ab r incipientẽ cõponit̃ mutãt n in r: vt coruo. Trãſit ꝛ ſupradicta cõſonãs n in s: vt ſcindo ſciſſus: findo fiſſus. in t vt canis catulus. in c: vt ecq̃d pro enquid. Expellit̃ in grecis in on deſinẽtib⁹: qum in latinã trãſeũt formã: vt ſimo leo: draco: ſicut ecõtra addit̃ latinis noib⁹ in o deſinẽtib⁹ apud grecos: ciceron caton pro cicero ꝛ cato. Trãſit etiã in u: vt ſino ſiui: ſterno ſtraui.

p **Manet vt** vt ſapio ſapui. aſſumit s: vt repo repſi. duplicatur: vt reperio repperi.

q **Niſi** eādē vim quā c haberet nunq̄ꝫ in p̄ncipijs infinitiuoꝝ vł interrogatiuoꝝ quoꝝūdā noīuꝫ poſita: p̱ obliquos caſus in c lr̄aꝫ trāſiret: vt quis cui⁹ cui. Silr̄ a vbis h̄ntib⁹ q in quibuſdā p̱ticipijs in c trāſfert̄: vt loquoꝛ locut⁹: ſequoꝛ ſecutus vt dicit Priſ. in primo maio. ⁊ in .x. li. dicit: Deponētia in quoꝝ mutāt eā in cu: ⁊ ſumētia tū faciūt ſupinū: loquoꝛ locutū: ſequoꝛ ſecutū. Et poſt ſubdit Priſ. in .j. li. Q trāſit in s: vt torqueo torſi: ſicut ⁊ c parco parſi. Silr̄ abijt n in p̄terito p̱fecto ſicut ⁊ c: vt linquo liq̄: vinco vici. Trāſit etiam in x: vt coquo coxi: duco duxi. Apud antiq̄ſſimos frequētiſſime loco cu ſyllabe quu ponebat̄: ⁊ ecōuerſo: vt arqu⁹ coqu⁹: oquulus p̱ arcus: cocus: oculus. quū p̱ cū: quur p̱ cur. De q etiam ſupꝛa dictū eſt qn̄ determinatū de k. q. c.

r **Sine** aſpiratiōe ponit̄ in latinis dictiōibus. In grecis v̄o vel principal' vel geminata ī media dictiōe aſpirat̄: vt rhetoꝛ: rhodus: pirrhus. Trāſit in l: vt niger nigellus: vmbra vmbella. In s: vt arboꝛ vel arbos: odos pro odoꝛ: verro p̱ v̄ſus. In duas s: vt vꝛo vſſi: gero facit geſſi. In u cōſonantē: vt tero triui: ſero ſeui. In n: vt eneus pro ereus.

s **In metro** apud vetuſtiſſimos ſuam vim frequenter amittit: vt Virgi. in .x. Enei. Ponite ſpes ſibi quiſq̄ꝫ. Trāſit in m: vt rurſum pro rurſus: diminuo pro diſminuo. Terētius in adelphis: Diminuet̄ tibi cerebrū. Et ſcias q̄ꝫ diminuo p̱ duo m dicit̄ a diſ ⁊ minuo. i. in diuerſas partes minuo. ſꝫ diminuo p̱ vnū m a di ⁊ minuo importat diminutionē. Itē s mutat̄ in n: vt ſanguis nis. in r: vt flos ris: ius ris. in x: vt aiax pro aias: ⁊ piſtrix pro piſtris: in quo ſeq̄mur doꝛes. ille eñi oꝛnix pro oꝛnis dicunt. in d: vt cuſtos dis: preſes p̄ſidis: palus dis. in t: vt nepos tis: virtus tis. in u ꝯſonantē: vt bos bouis. Itē ſepe pro z ſolem⁹ ſ geminatā ponere: vt patriſſo pro patrizo. Sepe etiā ſ pro aſpiratione ponit̄ in his dictionib⁹ q̄s a grecis ſumpſim⁹: vt ſemis: ſex: ſeptē: ſic vult Priſ. in p̄mo minoꝛ. Hic eſt ſciēdū q̄ꝫ ſ frequēter inuenit̄ liq̄ſcere: maxime apud antiquos. ⁊ iō de liq̄dis aliq̄ dicā. Inuenit̄ aūt liqueſcētia tā in vocalib⁹ q̄ꝫ in ꝯſonātib⁹: Et de vtraq̄ꝫ h̄ dicā. Vocales vt dicit Priſ. apud latinos oēs ancipites ſunt vel liq̄de. i. q̄ facile mō p̱duci mō corripi p̄nt. Inuenim⁹ eñi q̄nq̄ꝫ vocalē eādē p̱duci: q̄nq̄ꝫ corripi: ſic pꝫ in hac dictione tenebꝛe: cui⁹ penul. p̱du. ⁊ coꝛ. virtute illi⁹ liq̄de q̄ eſt ibi. ſ. r. ⁊ vocant̄ liq̄de q̄dā ſilitudine. liquidū eñi de facili currit de vno loco ad aliū: ſic videm⁹ in aq̄ ⁊ vino ⁊ oleo: ita etiā in vocalibus. facile eñi p̱ducunt̄ ⁊ corripiunt̄: ſic dictū ē. Silr̄ dicunt̄ ancipites. i. dubie: quia ad vtrūq̄ꝫ poſſibiles ſunt vt oſtenſum eſt. In ꝯſonātib⁹ eñi etiā ſunt ancipites. ſ. liq̄de vt l. r. q̄ mō lōgā mō breuē poſt mutas poſite in eadē ſyllaba faciūt ſyllabā. His q̄dā nō irrōnabilit̄ addūt m n: q̄ꝛ ipſe quoq̄ꝫ cōes faciūt ſyllabas poſt mutas poſite. Unde Oui. in .x. metha. Piſcoſāq̄ꝫ guidon grauidāq̄ꝫ amathunta metallis. Ecce h̄ lr̄a n poſita in eadē ſyllaba cū muta g: nō facit vocalē ſeq̄ntē. ſ. gui lōgā. Scias tñ q̄ꝫ aliter dicūt̄ vocales liq̄de: ⁊ aliter ꝯſonātes. Vocales dicunt̄ liq̄de q̄ꝛ de facili mouent̄ de coꝛreptiōe in p̱ductionē ſic p̄dictū ē. Conſonātes v̄o dicunt̄ liq̄de: q̄ꝛ h̄nt poteſtatē deſtruēde coꝛreptiōis qn̄ videlicꝫ nō liqueſcūt: ⁊ nō deſtruēde qn̄ liqueſcūt. nā tunc vocalis breuis remanet ſic nālit̄ erat. Inuenit̄ etiā h̄ lr̄a s liqueſcere maxime apud antiquos: q̄ꝛ videlicꝫ in ſcāſione metri abijcit̄ ꝯſonās cū p̄cedēte vocali: qn̄ ſeq̄ns dictio incipit a vocali. ⁊ h̄ fit frequēter ī hac lr̄a m: vt apud Hoꝛatiū: Oīb⁹ h̄ vitiū eſt cantoꝛibus inter amicos. Q̄nq̄ꝫ fit in hac lr̄a s: vt apud Catonē: Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte. Abijcit̄ eñi s cū ſua vocali u de hac dictione ſucceſſus. Q̄nq̄ꝫ abijcitur ſine vocali: vt apud Hoꝛatiū: Regis opus ſteriliſq̄ꝫ diu palus aptaq̄ꝫ remis. Abijcitur eñi s finalis de h̄ noīe palus: vt fiat breuis p̱pter ſeq̄ntē vocalē. vel ſi liqueſcit s vltima hui⁹ noīs palus in ſcanſione metri: q̄d etiā fit apud Catonē: Q̄d noſti factū nō rectū noli ſilere: q̄ſi dicat noli ilere. ⁊ apud Lucanū: Terga ſedent crebꝛo maculis diſtincta ſmaragdo. In ſcāſione eñi s abijcit̄: ⁊ dicit̄ maragdo. Inde etiā ē q̄ꝫ diſertus corripit primā ſyllabā di: quum ſit nālit̄ lōga: qn̄ cōponit̄ ex di ⁊ ars interpoſita s cā euphonie q̄d ibi liq̄ſcit. Sic ergo frequenter fiebat olim in hac lr̄a s eclipſis: q̄ꝛ s ſonū hꝫ valde facilē ⁊ q̄ſi ſibilantē: ⁊ multotiēs liqueſcit. Nō ſolū aūt s liq̄cit ī metro: ſꝫ etiā in proſa: lꝫ de h̄ Priſ. nō faciat mētionē. Ideo nota q̄ꝫ s poſita inter duas vocales fere vbiq̄ꝫ liq̄ſcit q̄ntū ad ſonū. i. nō p̱fert̄ in ſuo pleno ſono: vt niſi deſignaui. Hoc aūt nō p̄ōt accidere in x: lꝫ affinitatē habeat cū s. Nō eñi videret̄ rōnabile nec euphonie ꝯſonū q̄ꝫ x q̄ ſit duplex ꝯſonās ſemp̱ deueniat ad mediū ſonū ſimplicis ⁊ liq̄de ꝯſonātis: ſic ad ſonū de s liq̄da vt videlicꝫ p̱ferat̄ eo ſono quo p̱fert̄ niſi dixit vel vexillū vel auxiliat⁹. vn̄ aliter eſt dictio p̱ferēda qn̄ ſcribit̄ p̱ s: ⁊ qn̄ p̱ x: ſic manifeſte pꝫ in h̄ p̄terito hauſit: q̄d ſcribit̄ p̱ s qn̄ eſt p̄teritū de haurio ris. ⁊ in h̄ p̄terito auxit q̄d ſcribitur p̱ x qn̄ deſcēdet ab augeo ges. Silr̄ pꝫ in h̄ p̄terito luſit: q̄d ſcribit̄ p̱ s qn̄ eſt p̄teritū de ludo dis. ⁊ in h̄ p̄terito luxit: q̄d ſcribit̄ p̱ x qn̄ eſt preteritū de luceo ces: vt lugeo luges. In quib⁹ intelligētib⁹ pꝫ q̄ꝫ differēter p̱nunciet̄ x ab s liq̄da. Sicut ergo p̱nūciat̄ auxit luxit qn̄ ſcribunt̄ p̱ x: itē dixit vixit: ſic p̱nūciande ſil'es dictiōes ſunt: vt auxiliū auxiliat⁹: vexillū vexillifer. Ad maioꝛē aūtē declarationē eoꝝ q̄ dicta ſunt de liquidis ſcias q̄ꝫ ſcḋm quoſdā triplex eſt liq̄ſcētia lr̄e. Eſt eñi q̄dā liq̄ſcentia q̄ dicit̄ q̄dā habilitas elemēti ſcḋm q̄ꝫ facile trāſit de p̱ductione in coꝛreptionē ⁊ ecōuerſo. ⁊ hec eſt tm̄ in vocalibus. Eſt etiā q̄dā alia liq̄ſcētia q̄ attēdit̄ q̄ntū ad ſubſtātiā lr̄e: ſiue ſcḋm naturā p̱latiōis ipſi⁹. i. ſcḋm q̄ꝫ ipſa ſubtrahit̄ ⁊ nō p̱fert̄: vel ſemiplene p̱fert̄: ſic patuit in hac lr̄a s. Silr̄ habet̄ in multis alijs tā vocalib⁹ q̄ꝫ cōſonātib⁹: vt ſuadeo ſuauis ſuauitas ommitto: in quib⁹ in ſcāſione ſubtrahit̄ u vel m. ⁊ eſt huiuſmodi liq̄ſcētia ſubſtātialis: p̄cedēs v̄o accidētalis. Et hec ſecūda p̄ōt eē in vocalib⁹ ⁊ ꝯſonantib⁹: ſic p̄dictū eſt. Eſt ⁊ tertia liq̄ſcētia lr̄e q̄ attēdit̄ circa lr̄e poteſtatē: ſic videm⁹ in liq̄dis l r: q̄ nō ſemp̱ cū aliq̄ ꝯſonāte p̱du. vocalē p̄cedentē: imo ipſis liq̄ſcētib⁹ vocalis coꝛri. vt illud Proſperi: Et tenebꝛis addit q̄s ſine luce gerit. Hic nota q̄ꝫ liq̄de poſite poſt mutā in eadē ſyl. nālit̄ p̱mittūt p̄cedentē vocalē nāliter breuē corripi: vt aſſecla ⁊ tenebꝛe. vn̄ dixi nālit̄ breuē: q̄ꝛ ſi nāliter eēt lōga nō poſſet eē breuis nec in v̄ſu nec in proſa. vn̄ q̄ꝛ mater ⁊ frater nāliter p̱du. p̄mā nunq̄ꝫ cōmatres ⁊ ꝯfratres p̄nt in penl'. corripi nec in v̄ſu nec in p̱ſa. Si aūt breuis ſit nālit̄ p̄ōt p̱duci ⁊ corripi in metro: vt tenebꝛe penul. coꝛ. ⁊ tenebꝛe penul. p̱du. ſꝫ in p̱ſa debet corripi penul. vt cōpatres tenebꝛe: ⁊ h̄ cōiter ⁊ q̄ſi generaliter coꝛ. Hug. v̄o videt̄ fuiſſe q̄ſi ſingularis opinionis in hoc. Dicit eñi in quodā libello quē cōpoſuit de accētu: q̄ꝫ qn̄ liq̄da ponit̄ poſt mutā in eadē ſyllaba nāliter: q̄ꝫ ſi vocalis eſt nāliter breuis: p̄ōt corripi ⁊ p̱duci in metro: ⁊ ēt in p̱ſa. ſi aūt eſt nāliter lōga tā in v̄ſu q̄ꝫ in p̱ſa p̱du. vt cōmatres. vn̄ p̄ōt dici ſcḋm eū tenebꝛe penul. coꝛ. ita q̄ꝫ ſit accētus antepenul. q̄ꝛ breuis eſt nāliter. Etiā p̄ōt dici tenebꝛe penul. p̱du. eo q̄ꝫ accēt⁹ p̄ncipalis ſit in penul. propter poſitionē ꝯſonātiū. vn̄ p̄ōt tenebꝛe in penul. coꝛri. ⁊ p̱du. in proſa pro voluntate legētis. ſꝫ quod prius dictū eſt cōiter tenet̄: ⁊ hoc puto eſſe verū.

t **Tranſit** in s: vt verto verſus: concutio concuſſus. C vero antecedēte trāſit t in x: vt pecto pexui: flecto flexui. Hic nota q̄ꝫ ſic dicit Hug. in vincio cis: regula generalis eſt q̄ꝫ quotiēs t ponit̄ ante i purā ſeq̄nte vocali hꝫ ſonū de c: vt lectio amatio: niſi precedat s vel x: vł aſpiratio intercidat inter t ⁊ i: vel niſi differētia impediat. S antecedēte: vt ſaluſtius. x vt cōmixtio. aſpiratio intercedit: vt coꝛinthios. Et in his oīb⁹ ⁊ ſilib⁹ t tenet̄ in ſuo ſono: lꝫ ſequat̄ i pura. Differētia impedit ne t habeat ſonū de c: lꝫ i pura ſequat̄ in iſtis genitiuis litiū vitiū ad differētiā iſtoꝝ noīatiuoꝝ

hoc vitiū: hoc licitū. Dicendū eſt ergo ad Corinth. Extingue flāmas litiū. ꝛ ſilr vitis vitiū: vt t retineat in ſuo loco ſ; i pura ſequat. Et ſcias ꝙ lic; aliqñ t habeat ſonū de c vt dictū eſt: nō tñ accipit ſonū de t. vñ dictiōes q̄ ſcribunt ꝑ c debēt ꝑ c ꝓnūciari: vt facio cis: iacio cis: aſpicio cis: illicio cis. Ea vō que ſcribunt ꝑ t accipiūt q̄nq; ſonū de c: vt dixi in quatio tis. potioꝛ ris: ſentio tis: ſitio tis. Si autē queras quō cognoſcit an facio ſcribat ꝑ c vel ꝑ t: Dico ꝙ ad ſecūdā ꝑſonā cognoſcit q̄ ꝑ c ꝓnunciat: vt facio cis. Et ita de alijs ſilib⁹: quatio tis: ſentio tis: ꝛ ſilia oīa ſcribunt ꝑ t ſ; ꝓnūcient ꝑ c: qō pōt cognoſci ad ſecūdā ꝑſonā ꝛ pluralē numerū. Dicim⁹ enī quatio tis: q̄tim⁹: ſentio tis ſentim⁹: ꝛ ita de ſilib⁹ dicas. Amicicia vō pudicicia iuſticia ꝛ huiuſmodi ꝑ c ſcribunt ſic ꝓferunt: q꞉ formant a gtō ſi veniūt a noīb⁹ ſecūde declinatiōis: vel a datiuo ſi veniūt a noīb⁹ tertie declinatiōis addita cia. Uiolētia vō ꝛ aſtutia ſcribunt ꝑ t: ſed ꝓnūciant ſono de c: q꞉ formant a gtō violēti aſtuti addita a. Prudētia aūt ꝛ negligētia ſcribūt etiā ꝑ t: ſ; ꝓnūcient in ſono c: q꞉ formant a datiuis prudēti negligēti addita a. ꝛ ſic de ſilib⁹ dicas. S; pōt dubitari de vigintiunus: q꞉ h̄ t nō accipit ſonū de c. Dico ꝙ i h̄ eſt in iūctura cōpoſitionis: ꝛ ſic nō eſt ꝯtra regulā datā: q꞉ regula h̄ h; exceptionē: lic; Hug. nō excipiat h̄. vñ ad predictas tres exceptiones debet addi: ꝛ niſi i ſit in iunctura cōpoſitionis: vt vigintiunus.

x **Duplex** conſonās eſt: mō accipit pro cs vt in h̄ noīe apex cis: mō ꝓ gs: vt in h̄ noīe grex gregi. Trāſit tñ ꝛ in u ꝯſonātē: vt nix niuis: necnon in ct: vt nox ctis: ſuppellex ſupellectilis. S; hec ꝯtra regulā declinari vident: q꞉ videlic; oīa noīa deſinētia in x faciūt in cis vel in gis genitiuū: except꞉ q̄ttuoꝛ noīb⁹ q̄ vident cōtra regulā declinari. ſ. nix niuis nox ctis: ſenex nis: ſuppellex ctilis. Cōpoſita vō ſimpliciū declinationē ſequēt: vt ꝑnox ꝑnoctis: exlex exlegis. ſubit etiā x loco aſpiratiōis: vt veho vexi: traho traxi. vertit in f vt efficio effero. Et ſciendū ꝙ quotienſcūq; ex prepoſitio preponit cōpoſitis dicionib⁹ a vocali incipiētib⁹: vel ab his trib⁹ ꝯſonātib⁹ c p t: integra manet: vt exaro: exeo: exigo: exoleo: exuro: excutio: expeto: extraho. Quidam vō dixerunt ꝙ etiā x ſequēte s integra manet: vt ſi dicat ſequoꝛ expers. ſed iſti vident facere ꝯtra grecoꝝ ꝯſuetudinē. illi enī s ſequēte nunq̄ x preponūt ſ; k. Meli⁹ ergo vt dicit Priſc. in. j. maio. nos x ſolā ponim⁹ q̄ ponit pro cs. Cui⁹ rōnē nō ſolū ipſe ſon⁹ auriū iudicio poſſit reddere: ſ; etiā ꝙ geminari s aliq̄ ꝯſonāte antecedēte minime pōt. geminari aūt videret poſt ꝯſonantē ſi x antecedēte q̄ loco cs fūgit ipſa ꝯſequat: vt dicat exſequie exſequoꝛ. Qō ſi liceret licebit etiā a ſili poſt bs vel ps: q̄s loco x duplicis ꝯſonātꝭ accipim⁹ addere ſ vt dicat obſſeſſus abſſeſſus: qō minime licet: q꞉ nō pōt duplicari ꝯſonās alia ſubſequēte cōſonāte: qñ nec antecedēte niſi ſit liq̄da ante mutā: vt ſuppellex: ſuffrago: ſuffluo: effluo: effringoꝛ: vt dicit Priſ. in. j. li. tractatu de b. Tñ duplex ꝯſonās vt x pōt inueniri antecēdēte cōſonāte: vt lanx falanx: ꝛ ſequēte: vt expeto. Et nota ꝙ ſic dic Priſ. in. xiiij. li. nulla alia pars in x deſinit apud latinos noīa: ꝛ ex prepoſitio q̄ greca eſt: ꝛ vix ꝛ pax aduerbiū comicū: quo vtit Terēti⁹: qō ſilr grecū eſt. Et ſcias ꝙ x incipit ab i quīn alie ſemiuocales ab e incipiant. Et ē rō q꞉ in i terminat apud grecos. Uocat enī xi ſicut docet alphabetū grecū. vñ ꝑ apoſtrophē dicim⁹ ix. Uñ h̄ nota ꝙ vocales dicunt q꞉ ꝑ ſe vocē faciūt ſine cōſonātib⁹. vñ q̄libet vocalis ꝑ ſe facit ſyllabā: vt amo. ꝛ inchoant vocales a ſuo noīe: ꝛ in ſe terminant ſiue in nomē ſuū. Cōſonātes autē dicunt q̄ſi cū alio ſonātes. i. cū ſono vocalis. Nō enī pñt ꝓferri ꝯſonātes ſine ſono vocalis. ꝛ h̄ ſatis p; in eoꝝ ꝓlatiōib⁹: ſicut cū dicim⁹ be. ce. de. ſilr nō pñt ꝑ ſe ꝑficere ſyllabā ſine pñtia vocalis. vocalis vō ſine eis ſyllabā facit. Tantū enī fere refert inter vocales ꝛ conſonātes quantū inter aīas ꝛ coꝛpoꝛa. Aīa enī ꝑ ſe mouet ꝛ mouet coꝛpus. Coꝛpus aūt nō mouet animā: nec ꝑ ſe mouet: ſic p; in cadauere. ita ꝛ vocales ꝑ ſe mouent ad ꝑficiēdū ſyllabā: et ipſas cōſonātes mouēt ſecū. Cōſonātes vō ſine vocalib⁹ īmobiles ſunt ad ꝑficiēdā ſyllabā. Semiuocales aūt ab e incipiūt: ꝛ in ſe termināt abſq; x: q̄ ſola ab i incipit ꝑ apoſtrophē greci noīs xi: q꞉ neceſſe fuit quīn x ſit ſemiuocal a vocali incipe ꝛ in ſe terminare. Que x nouiſſime a latinis aſſumpta poſt oēs ponit lr̄as quib⁹ latine dictiones egent. Q; aūt ab i incipit ei⁹ nomē oſtēdit etiā Serui⁹ in cōmento qō ſcribit in Donatū his verbis: Semiuocales ſunt ſeptē q̄ ita ꝓferunt vt inchoent ab e lr̄a ꝛ deſinēt in naturalē ſonū: vt f. l. m. n. r. s. x. ſ; x ab i inchoat. Idē; etiā Eutropi⁹ cōfirmat dicēs: Una duplex ꝯſonās x q̄ iō ab i incipit ꝙ apud grecos in eādē deſinit: vt xi. Mute aūt a ſe īcipiētes ꝛ i e vocalē deſinētes except꞉ q ꝛ k q̄rū altera in u altera in a finit ſua ꝯficiūt noīa. Incipiūt ergo mute a ſono muto ſiue a ſono pꝛopꝛio: ꝛ terminant in ſonū vocalis. quīn ergo plurimū denoīet lr̄a a ꝑncipio: ꝛ ſon⁹ mutarū ſit in ꝑncipio mutus: ſicut patet in earū ꝓlatione merito vocate ſunt mute. Incipiūt ergo vt dixi mute a ſono muto ſiue a ſono pꝛopꝛio ꝛ terminānt in ſonū vocalis e: vt be. ce. de. excepta f quā quidā ideo poſuerunt ſemiuocalē vt Serui⁹ ſupꝛa: q꞉ incipit a vocali. ſ. ab e ſicut ſemiuocalis ꝛ terminat in ſonū pꝛopꝛiū. hoc tñ nō facit eā ſemiuocalē: nomē enī lr̄e nō mutat eē lr̄e. Uñ dicit Priſ. in ꝑmo maio. Nihil enī aliud ſemiuocalis habet lr̄a hec f niſi nominis ꝓlationē q̄ a vocali incipit: ſed h̄ poteſtatē lr̄e mutare nō debuit. Si enī eſſet ſemiuocalis neceſſario terminalis nominū inueniret: qō minime reperies. Nec ante l vel r in eadē ſyllaba poſſet poni q̄ loc⁹ mutarū eſt dūtaxat nec cōem ante eaſdē poſitā faceret ſyllabā. Uolo etia; te ſcire ꝙ quantū ſemiuocales vincant a vocalib⁹ tantū vincūt ꝛ ipſe mutas vt ſupꝛa tetigi. qō patet ex eo ꝙ vocales habēt tres pꝛopꝛietates. ꝑ ſe enī ꝑficiūt: vocē inchoant: nomina ꝛ termināt ſilr. Semiuocales aūt harū duas tñ hn̄t Nā inchoatiue ſunt dictionū ꝛ terminales vt nil. ꝛ ita de alijs ſemiuocalib⁹ q̄ q̄nq; inchoant dictiōes: q̄nq; terminant. tertiā vō nō habēt. ſ. q꞉ ꝑ ſe vocē nō ꝑficiūt: ꝛ ita vincunt a vocalib⁹. Mute vō nec ꝑ ſe vocem faciūt: nec oēs termināt noīa ſ; quedā earū termināt noīa: ſicut c. d. t. ꝛ h̄ hoc in paucis noībus exercēt. nā pauca noīa deſinētia in eas inueniunt. inchoant tñ: ꝛ ita vnā tñ ſibi vēdicāt ex illis trib⁹ pꝛopꝛietatib⁹. Uincunt ergo a ſemiuocalib⁹ ſm ꝙ ſemiuocales a vocalib⁹: q꞉ lic; inchoent: tñ raro termināt noīa. Tñ ꝛ apud grecos vocales ꝛ ſemiuocales tñ termināt noīa: nō mute: ꝛ merito. Illa enī debēt eē in fine q̄ multū ſonāt: q꞉ oīs ꝓlatio plus feſtinat circa finē ꝛ plus ſonat. vñ etiā oꝛatoꝛes exaltant vocē ſuā in fine vel circa finem. Habēt ergo ſemiuocales ſecundā euphoniā. nam melius ꝛ perfectius ſonant q̄; mute: ſicut ꝛ vocales ipſis ſemiuocalibus. Hec dicta ſunt de ſemiuocalibus gratia dei: et de x.

y **Uocalis** eſt ſemꝑ: ꝛ ſcribit tñ in grecꝭ noīb⁹ ꝛ barbaris ſicut ꝛ z. vñ qñ y ponit inter duas vocales eſt vocalis: ꝛ ꝑ ſe ſyllabicatur. vñ pꝛoſopopeya eſt ſex ſyllabarū: ꝛ ita de ſilib⁹ dicas. Quia aūt mētio facta eſt de x ꝛ z q̄ ſunt duplices conſonātes: ꝛ i aliqñ duplex eſt ꝯſonās: ideo hic dicā de i oſtēdēs qñ ſit duplex cōſonās: ꝛ qñ ſimplex. Deinde etiā ſubiūgā de u conſonante.

i **Poteſt** eē ſimplex cōſonās: ꝛ aliqñ duplex. u vō tñ ē ſimplex ꝯſonās Notādū ē ergo ꝙ i ꝯſonās poſita naturaliter inter duas vocales vim ſuā retinētes: al's ſeruātes: ꝛ maxime in ſimplici dictione: accipit pꝛo duplici cōſonāte: ꝛ debet ſyllabicari cū ſequēte ſyllaba: vt maioꝛ: troia. Si enī i remaneret vocalis eſſent tres vocales iuncte ſine vlla media cōſonante: ꝛ inde ꝓueniret hiatus intolerabilis vt vult Priſ. in. iij. li. maio. In tenuia aūt remāſit i vocalis. ꝛ eſt ratio hui⁹ hec: q꞉ noīatiu⁹ pluralis neu. ge. foꝛmatus ab ablatiuo ſingulari deſinente in i debet ſupare illū ablatiuū vna

ſyllaba:vt mari maria: forti fortia. Hoc aũt non fuiſſet in hac dictione tenuia niſi i remãſiſſet vocalis. Preterea qñ i eſt duplex conſonans debet ſyllabicari cũ ſequẽte ſyllaba:quod non fit in tenuia. Notandũ etiam ꝙ inuenit̃ i inter duas vocales poſitum ſimplex conſonãs:ſed in cõpoſitis tñ:vt reiectus reijce:ſicut docet Priſcianus in orthographia introducens exemplũ Virgilij: Titire paſcẽtes a flumĩe reijce capellas. Ecce he quattuor ſylabe re.ij:ce.ca.ſunt oẽs breues:⁊ faciũt proceleumaticũ conſtantẽ ex quattuor ſyllabis breuibus. Oportet ergo ꝙ ibi nõ ſit duplex conſonans:imo ſimplex quum non faciat ibi poſitionẽ. Ratio aũt hec eſt quia i non eſt inter illas vocales naturaliter ſed gratia compoſitionis. Qum ergo hec prepoſitio re naturaliter breuis ſit:ibi etiam correpta inuenitur a poeta. vñ cõpoſita excludunt̃ in hoc ꝙ dicit̃ naturaliter. ⁊ hoc vult Hug. qui dicit ꝙ baiulo las eſt verbũ ſimplex: ⁊ ſic ibi eſt duplex conſonans: ⁊ producit primã. Si autẽ baiulo ſit ibi cõpoſitũ verbũ:tunc non eſt ibi duplex conſonãs:nec prima longo ſed potius breuis: iuxta illud Cloto coluꝫ baiulat:lacheſis trahit:atrops occat. Itẽ dicit Hug. ꝙ magiſter componit̃ a maior ⁊ ſterion: quaſi maior in ſtatiõe. ⁊ debet ſcribi media ſyllaba per duo ij: vnũ conſonans ⁊ aliud vocale:vt dicat̃ maijſter. Sed conſtat ꝙ maijſter habet pmã breuẽ: ⁊ eſt compoſitũ. ergo ſi ſcribatur per duo ij maijſter: i non erit ibi duplex conſonans quum ſit prima breuis. Alij dicũt ꝙ reijcio tam in preſenti ꝙ̃ in preterito primã producere ⁊ corripere inuenitur: quia ibi i poteſt eſſe ſimplex conſonans: ⁊ ſic primã corripit. Vñ Virgilius: Tytire paſcentes a flumine reijce capellas. Vel poteſt i ibi eſſe duplex conſonãs: ⁊ ſic producitur prima poſitione. Vñ idem Virgilius: Reijce ne maculis obfuſcent vellera pellis. Alie võ prepoſitiones compoſite cum hoc verbo iacio penultꝰ producunt̃: vt inijcio: adijcio:eijcio:proijcio:deijcio: in quibꝰ omnibꝰ i duplex conſonans eſt ante i vocalem. ⁊ iſtius opinionis fuit magiſter bene. His viſis dici poteſt ꝙ i conſonãs poſita inter duas vocales naturaliter eſt duplex conſonãs: ⁊ poſitionẽ facit precedenti vocali:vt maior:peior. ⁊ hec regula generalis eſt in ſimplici dictione. De tenuia non eſt obiectio: quia ibi i non eſt conſonãs quum nõ ſyllabicet̃ cũ ſecunda ſyllaba ſed per ſe: quia vocalis eſt. In compoſitis autẽ habet inſtantiã: ſed hoc poteſt excludi in eo ꝙ dicit̃ J poſita inter duas vocales naturaliter: quia in compoſitis non videtur ibi i eſſe naturaliter ſed potius accidentaliter. ſ. ratione compoſitionis. Aliqñ etiam facit poſitionem etiã in compoſitis: vt adijcio eijcio: quia ponitur inter duas vocales: ⁊ ſyllabicat̃ cũ ſequẽti ſyllaba: lꝫ hꝰ oĩno non ſit naraliter vt ſuperius declaratum eſt. Patet ergo quomodo verificetur regula predicta J conſonãs poſita naturaliter inter duas vocales vim ſuam ſeruantes: ⁊ maxime in ſimplici dictione accipitur pro duplici conſonante. Hec autẽ particula Vim ſuam ſeruantes: non eſt declarata. ideo nota ꝙ hoc additũ ẽ: quia i poſitũ inter u poſt g vel q ⁊ alterã vocalẽ: non eſt duplex conſonãs: imo vocalis. Ratio autẽ huius eſt qꝛ altera illarũ vocaliũ. ſ. u nõ ſeruat ibi vim ſuam: imo amittit. Iuxta illam regulaꝫ de diphthõgis ſuperius datã. ſ. u poſita poſt g vel q vel s ſequẽte vocali in eadẽ ſyllaba amittit vim littere: vt qui lingua ſuadet. Ex quo patet ꝙ in his dictionibus nequior: pinguior: quia ⁊ ſimilibus ibi i nõ eſt conſonãs ſed vocalis: ſicut docet Priſcianꝰ in li. iij. maio. in tractatu comparatiuorũ. Quidam contra predictã regulam obijciunt de coire: vbi i non eſt duplex conſonãs poſita inter duas vocales: quum precedens vocalis corripiatur. ſ. co. Vñ Lucanus: Nec coire patres ⁊c̃. Sed ex predictis patet ſolutio: qꝛ videlicꝫ nõ eſt ibi inter duas vocales naturaliter: imo accidentaliter videlicꝫ gratia cõpoſitionis ⁊ ſyncope. Deberet enĩ dici coiuere: ſed ꝑ ſyncopã dicit̃ coire: ſicut coij. vñ in his dictionibꝰ coire coij coiſſe introire introierũt ⁊ ſimilibus remanſit i vocalis quum nõ ſit ibi naturaliter inter duas vocales. ⁊ hoc etiam patet quia i nõ ſyllabicatur cum ſequẽti ſyllaba ſed per ſe ſolam: quod non poſſet fieri ſi eſſet conſonans. Sic vidimus quãdo i ſit dulex cõſonans: Nunc videamus quando ſit ſimplex. Et eſt dicendum ſm Priſcianũ ꝙ i modo pro ſimplici modo pro duplici accipitur conſonãte. Pro ſimplici quando ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita ſub ſequẽte vocali in eadem ſyllaba: vt iuno iuppiter. Pro duplici autẽ quando medio dictionis ab eo incipit ſyllaba poſt vocalem ante ſe poſitam: ſubſequẽte quoqꝫ vocali in eadem ſyllaba: vt maius: peius: eius. Pro ſimplici quoqꝫ in media dictione inuenitur: ſed in compoſitis: vt iniuria: eiectus: reijce. Virgilius in bucoli. ꝓceleumaticũ poſuit pro dactilo: vt Tytire paſcentes a flumine reijce capellas.

u **Eſt conſonãs quando** ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita ſubſequente vocali in eadem ſyllaba: vt venus. ⁊ eſt tñ ſimplex conſonãs. Vñ dicit Priſcianꝰ ꝙ in ea preualuit poteſtas ſimplicis conſonãtis. Sed videtur ꝙ ſit duplex conſonans. nam ſi dicam cupiui penulti. produ. ſi dicam cupij penulti. corri. ⁊ ſic videtur ꝙ u ſit ibi duplex conſonans ⁊ preſtet poſitionẽ vocali precedenti. Ad hoc dicendum eſt ꝙ u tñ eſt ſimplex conſonãs: nec illa vocalis precedens poſitionẽ ab illo u recipit: imo eſt naturaliter longa ſicut patet in ſupino ⁊ participio in quibus nõ eſt u: et tamen produ. penul. vt cupitus cupita cupitũ. Et ſcias ꝙ u poſita poſt g vel s ſequẽte vocali in eadem ſyllaba amittit vim littere: nam vim conſonãtis nõ habet ibi quum nõ faciat poſitionẽ cum altera conſonãte. vim vocalis nõ habet quum non faciat cum altera vocali cum qua eſt in eadem ſyllaba diphthongus. Et ſciendũ ꝙ hoc verum eſt vbi u cũ cum altera vocali ſequente eſt in eadem ſyllaba: vt quis: anguis. Si võ ſunt in diuerſis ſyllabis non eſt verum: vt arguo: exiguus. ⁊ hoc accidit tñ vbi eſt g ⁊ non q. Nam q nunq̃ʒ poteſt ſyllabicari vel ſcribi niſi ſequẽtibꝰ duabus vocalibus que ſunt in eadem ſyllaba ſecũ: ⁊ ideo q̃uis iſte nominatiuꝰ quis ſcribatur per q: genitiuus tamen eius non ſcribitur per q ſed per c: vt cuius: quia in cuius i eſt conſonans: non vocalis. Ex predictis patet ꝙ equus equi: ⁊ equus equa equũ: ⁊ ſimilia ſcribuntur per duplicem u poſt q.

De recto ordine litterarum.

Scias etiā ꝙ citrops ſcriptū p r cor. penul. in obliq̄s. Vn̄
Theodolus: Egregio citropi debet cauſa litādi. Excipiū-
tur etiā q̄tū ad formationē q̄ habēt e ante b vel p: q̄ nō ſo-
lū accipiūt i: ſed ⁊ e vertūt in i correptā: vt celebs libis: for-
ceps cipis. ſʒ tn̄ monaſyllaba nō mutāt e: vt plebs plebis:
ſeps ſepis. auceps etiā nō mutat e in i ſed in u correptā: vt
aucupis. Itē cōpoſita a capite ablata s: ⁊ mutata e in i: ⁊
addita itis faciūt genitiuū penul. corre. vt biceps cipitis:
preceps cipitis: anceps cipitis: cōceps cipitis. i. habēs cen-
tum capita. Sciēdū tn̄ ꝙ poliſyllaba terminata in ps pn̄t
dupliciter cōſiderari. ꝓut v̄o ſunt cōpoſita a capio geniti-
uant in ipis. ſed ꝓut cōponunt a capite faciūt ipitis. prin-
ceps tn̄ facit principis: ⁊ auceps aucupis. Vn̄ quidā: In-
ceps a capio: pis ſuſcipit i genitiuo: Si venit a capite tūc
ſuſcipiat pitis apte. Priſ. aūt in fi. vj. li. dicit: Quia antiq̄
dicebant ancipes ⁊ precipes bicipes in noīatiuo: ⁊ ſic ſm
analogiā ſeq̄bat genitiu⁹ ab ancipes ancipitis ſic̄ ſoſpes
ſoſpitis: ſtipes ſtipitis. ſʒ ſtips ſtipis eſt obolus: ſtipes ſti-
pitis arbor. Itē terminata in ls ns rs: vt puls dens ars co-
hors vertūt s in tis: vl̄ interponūt ti: vt pultis dentis artis
Sʒ tn̄ cōpoſita de vncia vertūt s in tis: vt deuns deuntis:
quinquuns quinquūtis. Hug. tn̄ vult ꝙ deuns cōponat
ab vncia vl̄ vns. Itē glans frons lens: ⁊ cōpoſita de pēdo
v̄bo: vt libripēs mutāt s in dis: vt libripēdis glādis lēdis
ꝓ aīali: q꞉ pro legumine lens lētis ſm regulā facit. frons
frondis pro folio facit. nā pro facie frontis normā ſeruat.
Silr̄ ſumūt di cōpoſita de corde: vt diſcors diſcordis: ſe-
cors ſecordis: vecors dis. Dicit etiā Priſ. ꝙ in oībus fere
cōpoſitis: qḋ dicit propter exanguis declinationē cōpoſi-
ta ſimplic̄ lʒ noīatiuo differāt imitant. Itē iens quiens
cū ſuis cōpoſitis genitiuant in untis: vt euntis redeuntis
nequeuntis: preter ambiens ambientis ſeruās normam:
fors ablatiuo forte: ⁊ nō habet plus.

De terminantibus in t.

**Nomina** in t terminātia tam in recto q̄ꝫ in obliq̄s cor. penul. ⁊ ſunt ter-
tie declinationis: vt caput cū ſuis cōpoſitis. nam
quotquot aliquot nō variant. Declinabilia ergo u verſa
in i correptā: ⁊ addita is genitiuāt: vt caput capitis: ſynci-
put cipitis: occiput cipitis: ⁊ ſunt neu. ge. Si queris h̄ Cū
ſolū in duas mutas deſināt noīa latina. ſ. c ⁊ t: vt alec ⁊ ca-
put: q̄re nō determinat Priſ. in li. de accētu etiā de his q̄
deſinūt in c ſicut de illis que deſinūt in t: Dico ꝙ noīa ter-
minantia in c aut ſunt monaſyllaba: vt lac: aut diſſyllaba
quoꝝ penul. ꝓdu. poſitione: vt allec. ⁊ de his p ſe pʒ mod⁹
accētuādi p regulas gnāles ſuperi⁹ datas. ⁊ propterea nō
ponit regulas de noīb⁹ terminātib⁹ in c ſicut de his q̄ ter-
minant in t: ſicut etiā dicit frater Robertus anglicus.

De deſinentibus in x.

**In x deſinēs** nomen ꝓdu. quia x eſt duplex ꝯſonās: ⁊
ꝑtinet ad tertiā declinationē: ⁊ oīa x in cis vl̄ gis
genitiuāt: preter nix niuis: nox noctis: ſenex ſenis: ⁊ anti-
quit⁹ ſenecis: ſuppellex ctilis penult. cor. Vetuſtiſſimi tn̄
⁊ hec ſuppellectilis noīatiuū ꝓferebāt: ⁊ oīa q̄ nō habēt c
vel g in genitiuo cor. penul. De p̄dictis v̄ſus: Oīs rect⁹ in
x in cis vel gis genitiuū: Terminat: abſqꝫ ſenex nix ⁊ nox
atqꝫ ſuppellex. In gis aūt faciunt ſolū illa q̄ veniūt a v̄bis
in go: x cōuerſa in gis: vt lex legis a lego gis: ⁊ rex regis a
rego gis rexi. remex tn̄ vertit e in i: ⁊ fit remigis a remigo
gas. frux aūt frugis facit a frugo verbo greco. ſilr̄ fallanx
langis: caterua: ſpinx gis: ⁊ etiā gos. de quib⁹ dicit Priſ.
in fine ſexti ꝙ greca in x ſeruāt in genitiuo ante is eandē
conſonantē quā apud grecos ante os: vt phear pheacis:
ſpinx ſpingis: onix onicis. Quidā tn̄ dicūt ꝙ veniūt a ver-
bis grecis in go. Coniūx v̄o amittit n ad differētiā ſecūde
perſone de ꝯiūgo gis: ⁊ facit ꝯiugis cor. penul. Oīa alia x
verſa in cis genitiuāt: vt pax pacis: qḋ raro habet pluralē
numerū: nex necis. Cicero pro milione: Inſidiatori v̄o et

latroni q̄ poſſunt inferri iuſta nex. fex fecis: pix picis: dux ducis. Sed terminata in ex corripiūt naturaliter e preter veruex. ſi ſint diſſyllaba vertūt e in i: vt apex apicis: remex remigis: vertex verticis: ꝑter monaſyllaba ⁊ eoꝝ cōpoſita vt lex exlex exlegis. veruex tñ habet e. Cōpoſita vͦo ſimpliciū declinationē ſequunť: vt pernox pernoctis: exlex exlegis: ſeminex ſeminecis: dux interdux.

De deſinentibus in ax.

Nne deſinens in ax corri. penul. recti: ⁊ ꝓdu. penul. obliquoꝝ: vt pertinax nacis: contumax macis: ⁊ h̄ eſt verū in latinis. Nā vt dicit Priſ. in fine. vj. barbara in x magis cor. penult. vt vt foriax cis ⁊ ſilia. Excipiť aiax aiacis qd̄ ꝓdu. penul.

De deſinentibus in ex.

In nomen termineť in ex cor. penult. tā in recto q̄ȝ in obliq̄s: vt artifex ficis: opifex ficis. Excipitur veruex uecis quod non ſolū in genitiuo penul. ꝓdu. ſed etiā e ſeruauit. Excipiunť etiā quedā monaſyllaba q̄ penul. ꝓdu. in obliquis: vt fex fecis: lex legis: rex regis: ⁊ eoꝝ compoſita: vt exlex exlegis: interrex. Patet etiā ex predictis ꝙ ibex ibicis cor. penulti. quia vertit e in i cor. vñ v̄ſus: Cornua fert ibex: iob teſtis ⁊ ibicis inde. Itē quidā excipiūt vibex bicis. Vñ Perſius: Si puteal multa cautꝰ vibice flagellas. Pap. etiā dicit ꝙ vibex facit vibicis ꝓducta penul. ⁊ antepenul. Sȝ vt dicit magiſter ⁊ bene: dicēdū eſt vibex vibicis: ſicut lodex lodicis. ⁊ ſm̄ hoc nō oportet ꝙ excipiať q̄ȝ deſinit in ex. Sed dubitāt aliq̄ an ſit dicēdū ſilex vel ſilix: Dico ꝙ dicenduȝ eſt hic ⁊ hec ſilix incerti gene. ⁊ cor. penul. ſm̄ regulā deſinentiū in ex. Ouidius epi. x. Illic tu ſilices: illic adamanta tuliſti. Itē Virg. Enei. vij. Stabat acuta ſilex: preciſis vndiq̄ȝ ſaxis.

De deſinentibus in ix.

Nix terminata aut ſunt maſ. aut fe. gene. aut cōis ge. Si maſ. ge. cor. penul. vt dicit Priſ. in. vj. g. In ix deſinētia maſ. tñ latina cor. penul. in obliquis: vt h̄ fornix fornicis: hic calix calicis: hic varix varicis. ⁊ excipiunť bombix bombicis: ⁊ fenix fenicis q̄ ꝓdu. penul. Sȝ dubitať de maſtix maſticis an ꝓdu. penul. in obliq̄s: Dicūt quidā ꝙ ſic: ⁊ iſtos oportet dicere maſtico cas penul. ꝓduc. Magiſter bene dicit ꝙ maſtix penul. cor. in obliq̄s: ſicut fornix cis. ⁊ inde maſtico cas penul. cor. ⁊ hūc ſequor. Si aūt ſunt fe. ge. ꝓdu. penul. in obliq̄s: vt lodix lodicis: vibix vibicis: ibix ibicis. Excipiť pix picis: nix niuis: ſilix ſilicis: ſalix ſalicis. Si ſint cōis vel oīs ge. ꝓdu. etiā penulti. vt felix felicis: victrix victricis: victrices. Lucanꝰ: Tollite iam pridē victricia tollite ſigna. Cōpoſita ſequunť naturā ſimpliciū. vñ ꝑnix cis ꝓdu. penul. in obliquis qñ venit a pernitor teris: ſed cor. eandē quñ deſcēdit a perneco cas. Vñ quidā: Qui necat eſt pernix: feſtinat currere pernix. Nota hic regulā generalem de deſinētibꝰ in ix: Obliq̄ venietes a noīatiuis habentibꝰ i vocalē naturaliter breuē ante x cor. penul. vt calicis: fornix fornicis. ⁊ hoc eſt verū etiā in aliis vocalibus vt fornax fornacis: volux volucis. Si vͦo veniāt a noīatiuo habēte i naturaliter longā ante x ꝓdu. penul. vt cornix cornicis: radix radicis. vñ radico cas penul. ꝓdu. vibix vibicis: ſandix dicis: bombix bicis: pernix ꝑnicis. i. velox. ⁊ in aliis vocalibus etiā hoc cōtingit: vt pheax pheacis: pollux lucis. Itē ſcias ꝙ ſicut dicit Priſ. in fine. iiij. in ix feminina inueniunť a maſculinis verbalibꝰ ſiue de noīatiuis in tor deſinētibꝰ deſignata: q̄ mutant tor in trix: vt victor victrix: ſenator natrix: cultor cultrix. nutritor quoq̄ȝ nutritrix debuit facē: cauſa euphonie ſeu alternitatis mediā ſyllabā ↄcidit: nutrix enī dicimꝰ. Tonſor etiā tonſrix debuit facere: ſȝ interponiť t ⁊ facit tōſtrix ſtricis. vñ ꝓdicta verbalia in noīatiuo ſequūť modū ⁊ regulā accētuandi v̄baliū a q̄bꝰ formāť. vñ aliq̄ñ ꝓdu. vt amator amatrix auditor auditrix. Aliq̄ñ i penl̄. cor. vt debitor debitrix: bibitor bibitrix: ſic̄ maſculina a q̄bꝰ formanť. De accētu āt deſinentiū in or ſupius determinatū eſt. Itē ſcias ꝙ verbalia predicta deſinētia ſin trix ſunt fe. ge. preter victrix et vltrix q̄ in noīatiuo actō ⁊ vocatiuo ſingulari ſunt fe. ge. in reliquis caſibus ſunt cōia triū generū. vñ faciūt ablatiuū in e vel in i. vñ v̄ſus: Victrix victricē victrix dat femina ſola: Sic vltrix reliq̄s dat genꝰ omne ſchola. Hug. aūt dicit ꝙ victrix diciť a vinco cis: ⁊ eſt cōis ge. in noīatiuo accuſatiuo ⁊ vocatiuo ſingulari. In iſtis enī caſibꝰ nō habet neutrū. In aliis vͦo caſibꝰ in ſingulari ⁊ in plurali ſunt oīs ge. in vna voce vel diuerſis. ſed qd̄ prius dictū eſt verius videť: ⁊ cōiter teneť. Ad cuiꝰ euidentiā etiā ſcias ꝙ victrix ⁊ vltrix de neceſſitate fuerūt fe. ge. propter v̄balia maſ. a quibꝰ trahūt originē: vt victor ⁊ vltor. inde victrix ⁊ vltrix. Hec tñ q̄ȝ ↄſtruūť q̄ñq̄ȝ cū femininis: vt victrices caterue: q̄ñq̄ȝ cū neutris: vt victricia ſigna: indicanť triuȝ generū in obliq̄s: excepto accuſatiuo ſingulari in quo ſūt fe. ge. tñ: vt hanc victricē: q̄ȝuis nō inuenianť ↄſtrui cum maſ. ſed oportet ꝙ habeāt maſ. vt dicať Loquor de rege victrici. Alioq̄n iſte ablatiuus victrice vl̄ victrici haberet cōitatē fe. ⁊ neutri tñ: q̄ cōitas eſt ↄtra artē. Ex hoc aūt ſequiť ꝙ genitiuus ⁊ datiuus debēt habere cōitatē triū generū ſicut ablatiuus. q̄ñq̄ȝ tres obliq̄ habent conſimilē cōparationē ad maſ. fe. ⁊ neu. ⁊ habēt ſimilem naturā regendi: quod in multis videre poſſumꝰ: vt huiꝰ fortis huic forti: ⁊ ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc forte. Ecce iſti ablatiui ſunt conſimiles in generibꝰ. Itē neutrū ſepe ↄſtruiť cū genitiuo in caſibꝰ ſibi priuilegiatis. ſ. noīatiuo accuſatiuo ⁊ vocatiuo: q̄ȝ in illis non mutat terminationē: vt multū vini: plus vini: aliq̄d panis. nō tñ hoc pōt in genitiuo datiuo ⁊ ablatiuo: q̄ȝ in illis ſequiť naturā maſ. ⁊ fe. ge. eiuſdē nominis. vñ nihil eſt dictū Loquor de multo vino: vel egeo plure vini q̄ȝ tu: vel loquor de aliquo panis: q̄ȝ maſ. ⁊ fe. eorūdē nominū talē ↄſtructionē nō habēt. Et ſic pȝ q̄re victrix ⁊ vltrix ſint oīs gene. in genitiuo datiuo ⁊ ablatiuo. Pȝ etiā q̄re ſint tñ fe. ge. in noīatiuo accuſatiuo ⁊ vocatiuo ſingulari: ⁊ q̄ ſit eoꝝ caſuū affinitas ⁊ cognatio. Pȝ ēt q̄re tñ ſunt fe. ge. in noīatiuo accuſatiuo ⁊ vocatiuo ſingulari.

De deſinentibus in ox.

Deſinentia in ox ꝓdu. penul. genitiui: vt velox locis. excipiť capadox docis. Hora. in epi. Mācipiis locuples eget eris capadociū rex. Iuuenalis li. iij. ſatira ꝑma: Quāq̄ȝ et capadoces faciūt eq̄teſq̄ȝ bitini. In noīatiuo āt cor. penl̄. vt i pluribꝰ: vt velox cie: veliuox cis. atrox aūt nāliť cor. a.

De deſinentibus in ux.

Nux aūt cor. penul. genitiui: vt crux crucis: dux ducis: nux nucis: trux trucis vt dicit Priſ. in. vj. li. Subiux ſubiugis: iniux iniugis: volux lucis barbarū nomē: de quo dicit Priſ. in fine. vj. ꝙ barbara in ux magis cor. penult. vt volucis. Excipiunť aūt allux lucis ⁊ pollux lucis. Vñ quidā: Voluq a volux vult inter barbara poni: Allux ⁊ pollux bene declinanť in ucis. Et ſm̄ magiſtrū Bene. pollux lucis ꝓdu. penul. genitiui: quia habet u naturaliter longaȝ ante x in recto. ſed volux habet vocalem. ſ. u naturaliter breuē ante x: ⁊ ideo in obliq̄s corri. penulti. lux enī lucis ꝓdu. penul. Quedam de accentu nominū quere in tertia parte huius operis in ca. de ſpeciebus nominū.

Queſtio de accentu.

D predictorū declarationē poteſt ſic queri: Oēs fere regule quas ponit Priſ. in li. de accentu: quarū multe ſupradicte ſunt et declarate ſunt ad cognoſcendū tēpus penultimarū in triſſyllabis: ⁊ deinceps: quare ergo nō ponit Priſci. regulas cognoſcēdi in monaſyllabis ⁊ diſſyllabis ſicut in ceteris poliſyllabis: Ad hoc ſic reſpōdet frater Robertus anglicus: Quāuis neceſſaria ſit cognitio tēporis: in his tñ non accidit error tam manifeſtus circa accentū in monaſyllabis ⁊ diſſyllabis ſicut in triſſyllabis ⁊ deinceps. In mo

naſyllabis enī ⁊ in diſſyllabis ſemꝑ eſt vnꝰ locus accentꝰ
nō diuerſificatus: niſi fuerit cauſa impediēs. In triſſylla-
bis aūt ⁊ deinceps nō eſt ſic: q2 ibi plures pñt accentꝰ di-
uerſa loca obtinere. Itē q2 acutus accentꝰ ⁊ circūflexꝰ nō
multū differūt: vt videt̄ in ꝓnūciando ſi ponat̄ vnus pro
altero: non incidit ob hoc erro2 manifeſtus in monaſylla
bis ⁊ diſſyllabis. In alijs āt poliſyllabis aliter eſt. In his
enī eſt accētus duplex locus p2incipalis. ſ. antepenultimꝰ
⁊ penultimꝰ. vñ vnus habet accentū p2incipalē: reliquus
nō p2incipalem habet. Vñ ſi ſyllaba habēs accentū p2in-
cipalem ꝓferat̄ ſub nō p2incipali: accidit erro2 manifeſtꝰ
q2 multū differūt in ꝓnūciando p2incipalis accētus ⁊ nō
ꝑncipalis. ⁊ ideo hac rōne Priſ. nō ponit regulas cogno-
ſcēdi tempus in monaſyllabis ⁊ diſſyllabis ſicut in alijs
poliſyllabis. Ego tamen multa ſup2a poſui de monaſylla
bis ⁊ diſſyllabis: ⁊ declaraui ⁊ ſuppleui aliqñ verba que
Priſcianus ponit in ſexto lib2o de accentu imperfecte: ex
verbis que ipſemet Priſ. ponit in maio2i volumine.

Queſtio de accentu.

**Veri** etiam poteſt quare ſimpliciter in di-
uerſis tempo2ibus ⁊ diuerſis perſo-
nis diuerſificat̄ verbum in modo accētuandi: vt
amabā amauerā ⁊ huiuſmodi. Itē queri poteſt in nomi-
nibus. Diuerſificat̄ enī in illis accentus ita ꝙ in diuerſis
caſibꝰ ſup2a ſyllabas diuerſas ſit accentus: vt iter itineris:
palus paludis ⁊c̄. Ratio huiꝰ eſt vt fiat diſcretio acciden
tiū cuiuſmodi ſunt perſona numerus ⁊ huiuſmodi. ⁊ hoc
ſic patet: Per hoc enī ꝙ ſic auget̄ vel minuit̄ numerꝰ ſyl-
labarū fit de ſyllaba vltima nō vltima: ⁊ de penultima nō
penultima. ⁊ ita cōmutata ſyllaba ab vno loco ad alteraȝ
trāſmutat̄ accētus q̄ fit in illa ſyllaba: vt patet ſi dicā ama
ui amauimꝰ: ſup2a eandē ſyllabā vtrobiqȝ fit accētus ꝑn-
cipalis: ſed in vna dictione fit ſup2a penul. ⁊ in alia fit ſu-
p2a antepenul. p2opter adiectionē vniꝰ ſyllabe ad finē. Si
militer aūt patet in noibꝰ ſiqs inſpiciat. Itē etiā patet in
verbis diuerſificato tempo2e: vt amabā amauero. ſed to-
ta variatio iſta ꝑ diuerſificationē ſyllabarū ⁊ tempo2ū fit
vt inter ſe diſtinguant̄ accidentia. ſ. numerꝰ ⁊ ꝑſona ⁊ hu
iuſmodi. ⁊ ꝑ modū ſilr: q2 diuerſificatio accētus in diuer
ſis tpibꝰ ⁊ ꝑſonis fit p2opter diſcretionē accidentiū.

De accentu verbo2um.

**Egulis accentuū nomi**
nū expoſitis. Priſcia. determinat de regulis accē
tuandi verba: cōfuſe tñ ⁊ ino2dinate: ſȝ ſic poſſunt extrahi
diuidēdo. Omne verbū p2ime ꝯiugatiōis aut eſt ſimplex
aut eſt cōpoſitū. Si ſimplex intelligat̄ de triſſyllabis ⁊ po
liſyllabis ceteris. Vel ergo eſt pñtis tpis: vel preteriti: vel
futuri. Si p2eſentis: vl' ergo indicatiui modi: vel impati-
ui: vl' optatiui: vel ſubiūctiui: vel infinitiui. Si indicatiui
vel ergo eſt numeri ſingularis vel pluralis. Si ſingularis
ſic penul. co2. vt rogito tas. exceptis his que poſitione pro
ducunt̄ in penult. vt magiſtro ſtras. Si pluralis ꝓdu. pe-
nul. preterqȝ in tertia perſona: vt rogitant. Si autē ſit pñs
impatiui vel ſubiūctiui: vel ergo ſingulari numeri vel plu
ralis. Si ſingularis: ſic co2. penul. vt cogita cogitē. Si plu
ralis ꝓdu. penulti. vt cogitemꝰ cogitetis cogitate. excepta
tertia perſona que co2. vt cogitent. Hoc intellige niſi poſi-
tione ꝓducant̄ predicta: vt magiſtra magiſtrē magiſtrēt.
⁊ ita de ſimilibꝰ dicas. Si aūt ſit p2eſens optatiui vel infi
nitiui ꝓdu. penl'. generaliter: vt recogitarē recogitare. Si
aūt ſit preteriti tpis: vel ergo preteriti imperfecti vel alte-
rius. Si impfecti: aut indicatiui aut ſubiunctiui. Si indi
catiui ꝓdu. penul. vt recogitabā. Si ſubiūctiui co2. penl'.
vt p2eſens optatiui. Si autē ſit alteriꝰ tēpo2is qȝ impfecti
vel ergo eſt preteriti pfecti vel pluſqȝperfecti. Si preteriti
pfecti: vel ergo indicatiui vel ſubiūctiui. Si indicatiui: vl'
ergo deſinit in aui: vt amaui: vl' in ui diuiſas: vt micui pli-
cui. Si autē in aui ꝓdu. penul. in omni pſona preterqȝ in
p2ima pſona pluralis numeri. Si vō deſinit in ui diuiſas
co2. penulti. in ſingulari numero: vt plicui. excepta ſecūda
pſona q̄ ꝓducit̄ poſitiōe: vt plicuiſti. In plurali aūt ꝓdu.
penul. preterqȝ in p2ima pſona: vt plicuimꝰ plicuiſtis pli-
cuerūt vel plicuere. Si ſit preteriti perfecti ſubiūctiui co2.
penul. in omni pſona: vt amauerim ris rit. Si ſit preteriti
pluſqȝperfecti: vel ergo indicatiui vel optatiui vel ſubiun
ctiui. Si indicatiui: vel ergo eſt numeri ſingularis vel plu
ralis. Si ſingularis co2. eiꝰ penul. in omni pſona: vt ama-
uerā. Si ſit pluralis ꝓdu. penul. excepta tertia pſona que
co2. penul. vt amauerāt. Si aūt ſit preteritūpluſqȝperfectū
optatiui vel ſubiūctiui vel infinitiui ꝓdu. penul. poſitiōe
vt amauiſſem. Si āt ſit futuri tpis: vel ergo indicatiui mo
di vel impatiui vel optatiui vel ſubiūctiui. Si indicatiui:
tunc in ſingulari ꝓdu. penul. vt amabo. In plurali vō ha-
bet co2reptā: vt amabimꝰ. excepta tertia perſona: vt ama-
bunt. Si vō ſit futurū impatiui ꝓdu. penul. in oī pſona tā
in ſingulari qȝ in plurali. Si aūt ſit futurū optatiui ſimilē
habet accentū pñtis modi ſubiūctiui: vl' pñtis modi indi
catiui. Si vō ſit futurū modi ſubiunctiui ſimilē habet ac-
centū cū preterito perfecto ſubiūctiui co2. penul. in cōpoſi
tione ⁊ in ſimplicitate ſuꝑ eandē ſyllabā. In fine aūt re-
gule aucto2 quū dicit Excipit̄ relauo ⁊c̄. facit quandam
notabilitatē: ⁊ non p2op2ie exceptionē ꝙ quedā ſunt ver-
ba p2ime coniugationis: vt relauo: q̄ in preterito pfecto ⁊
pluſqȝperfecto indicatiui modi ⁊ futuri ſubiūctiui ſeruāt
accētū ſup2a penul. ſyllabā. In alijs aūt tpibꝰ nō fit ſup2a
eandeȝ ſyllabā ſed diuerſam: vt relaui relauerā relauero.
iſta ſeruāt accentū ſuꝑ hanc ſyllabā la: ſi dicā relauabā re-
lauabo: ſeruāt accentū ſup2a eandē ſyllabā ua: ⁊ ita nō ſu-
p2a eandē quā p2ius. ſilr eſt de hoc verbo recino. In reli-
quis vō oībꝰ ita eſt ꝙ ſup2a eandē ſyllabā in oī tpe ſeruāt
accētū: vt amabā amaui amauerā amauerim. Oīa iſta in
hac ſyllaba ma ſeruāt accentū. Et ſciendū ꝙ hanc eandē
notabilitatē ponit auto2 in verbis ſecūde ꝯiugatiōis ter-
tie ⁊ q̄rte. Vltimo in hac p2ima ꝯiugatiōe dat hanc regu-
lam: Cū quacūqȝ parte o2ationis cōponat̄ prepoſitio: q̄le
tempus habuerit extra cōpoſitionē: tale habet in cōpoſi-
tione: vt redimo inhibeo ⁊ filia. Per predicta ſatis poteſt
patere de facili accētus verbo2ȝ ſecūde ⁊ tertie ⁊ q̄rte ꝯiu-
gationis. Poſſumꝰ etiā hic addere: ⁊ ad maio2ē declara-
tionē accētuū verbo2ȝ ſic dicere: E ante r in verbis actiue
vocis b2euiat̄ in preterito pluſqȝperfecto indicatiui in oī
ꝯiugatiōe: vt amauerā docuerā legerā cucurrerā audiue-
rā ras rat. Itē in pñti ⁊ preterito impfecto optatiui: ⁊ in
ꝑterito impfecto ſubiūctiui tertie ꝯiugatiōis: vt vtinā vel
cū legerē res ret: legeremꝰ retis rent. Itē in preterito pfe-
cto: ⁊ in futuro ſubiūctiui in oī ꝯiugatione: vt quū ama-
uerim docuerim cucurrerim audiuerim: amauero docue
ro cucurrero audiuero audiueris. Itē in pñti ⁊ preterito
impfecto infinitiui tertie ꝯiugationis: vt legere pendere.
In verbis aūt paſſiue vocis e ante r co2. in pñti indicatiui
modi in tertia ꝯiugatiōe: vt lego2 legeris vel legere: ſequo2
ſequeris vel ſequere. Item in futuro indicatiui in p̄ma ⁊
ſecūda ꝯiugatione: vt amabo2 amaberis vel amabere: do
cebo2 beris vel bere. Itē in pñti impatiui in tertia ꝯiuga-
tione: vt legere ſequere ſequat̄. Itē in pñti optatiui ⁊ in
preterito impfecto ſubiūctiui tertie ꝯiugatiōis in p2ima
pſona ſingulari: vt vtinā vl' cū legerer ſequerer. E vō ante
r in verbis actiue vocis ꝓdu. in preterito pfecto indicati-
ui in omni coniugatiōe: vt amauerūt vel amauere: docue
runt vel docuere: legerūt vel legere: audiuerūt vel audiue-
re. Itē in pñti ⁊ in preterito impfecto optatiui: ⁊ in prete-
rito impfecto ſubiūctiui ſecūde ꝯiugationis: vt vtinā vel
cū docerē res ret: doceremus retis rent. Itē in pñti infini-
tiui ſecūde coniugationis: vt docere gaudere. In vbis
aūt paſſiue vocis ꝓdu. e ante r in p2eſenti indicatiui mo-
di ſecūde ꝯiugatiōis: vt doceo2 doceris vel docere. Item
in futuro indicatiui in tertia ⁊ q̄rta ꝯiugatiōe: vt legar ge
ris vel gere: ſequar queris vel quere: audiar dieris vel au
diere. Itē in pñti impatiui ſecūde ꝯiugationis: vt docere

tondere. Itē in preſenti ⁊ preterito imperfecto optatiui: ⁊ preterito imꝑfecto ſubiūctiui prime ⁊ ſecūde ↄiugationis: vt vtinā vel cū amarer amarer̄ vel amarere amaref̄ amaremur amaremini amarenf̄. vtinā vel cū docerer reris vel docere docerer̄: doceremur mini docerēt̄. Et etiā in preſenti ⁊ preterito imꝑfecto optatiui: ⁊ preterito imꝑfecto ſubiūctiui tertie coniugationis: excepta ꝑma pſona in ſingulari: vt vtinā vel cū legerer reris: vel legerer legeretur: legeremur remini renf̄. Et ſilr in q̄rta coniugatiōe: vt vtinā vel cū audirer reris vel rere ref̄: audiremur remini rentur. Itē in futuro optatiui ⁊ in pn̄ti ſubiūctiui prime cōiugationis: vt vtinā vel cū amer ameris vl̄ amere amef̄. Itē in preſenti ⁊ preterito imꝑfecto tp̄e: infinitiui modi: ſecūde coniugationis: vt doceri. Nota etiā ſicut dicit Priſ. in. ix. li. i ante mus in preterito pfecto indicatiui corri. vt amauimus. Itē etiā cōtingit in preterito perfecto ⁊ futuri ſub iunctiui: vt amauerim⁹ docuerim⁹ ⁊c̄. Et etiā in preſenti indicatiui tertie coniugationis: vt legim⁹. nā in q̄rta producit. vt audimus. Itē ſcias ꝙ verba prime cōiugationis habēt in actiuo ⁊ neutro a ꝑductā ante s: ⁊ in ſecūda perſona ſingulari pſentis indicatiui modi: vt amo amas. In paſſiuo vo cōi ⁊ deponēti habēt a ꝑdu. ante re vel ris: vt amor amaris vel amare. Uerba aūt ſecūde coniugatiōis in ſecūda perſona preſentis indicatiui modi ſingular̄ habent e ꝑductā ante s in actiuo ⁊ neutro: vt doceo doces. In paſſiuo vo cōmuni ⁊ deponēti habent e ꝑductā ante re vel ris: vt doceor doceris vl̄ docere. Uerba vo tertie cōiugationis in ſecūda perſona preſentis indicatiui modi in actiuo ⁊ neutro habēt i correptam ante s: vt lego legis. In paſſiuo cōmuni ⁊ deponēti habent e correptā ante ris vel re: vt legor legeris vel legere. Uerba autē quarte cōiugatiōis in ſecūda perſona preſentis indicatiui modi actiuo ⁊ neutro habent i ꝑdu. ante s: vt audio audis: aio ais. In paſſiuo vo cōmuni ⁊ deponenti predicte perſone habent i productā ante re vl̄ ris: vt audior audiris vel audire: largior largiris vel largire. Itē ſcias ꝙ verba que cōueniūt cū nominib⁹ in ica vel in icus: vel habētib⁹ genitiuū in icis producentib⁹ penul. ⁊ ipſa pariter producunf̄: vt formica formico cas: amic⁹ amico cas: obſtetrix obſtetricis: obſtetricor caris: meretrix meretric̄: meretricor caris. Animaduerte etiā ſicut dicit Priſcia. in. ix. li. vbi ait de verbis ſecūde coniugationis in principio: Obſeruandū eſt in omnib⁹ verbis ꝙ ſi p̄teritū minuat preſentis ſyllabas: neceſſario erit penul. ꝑdu. in preterito ſiue cor. ſiue ꝑdu. ſit in preſenti niſi ſyncopā patiaf̄ vt cieo ciui: ⁊ p ſyncopam cij: rideo riſi: faueo faui: augeo auxi: moueo moui ſedeo ſedi: facio feci: fugio fugi: fodio fodi: venio veni. ergo langueo langui ⁊ liqueo liqui pares habent in preterito ⁊ in preſenti ſyllabas. corri. enī penult. p̄teriti. Dicit inſuper Priſci. in. ix. li. ꝙ duxi preteritū de duco ducis oſtēditur eſſe correptū naturaliter ex nomine quod ab eo deriuaf̄: ⁊ cor. dux ducis: ſicut rexi produci approbaf̄ ex nomine quod ab eo naſcitur rex regis. Et ſubdit ibidē Priſcianus: Querif̄ igif̄ an luceo luxi debeat naturaliter productū accipi qum lux producaf̄. In quo etiā illud queritur an nomen a verbo an magis ex nomine verbū natum ſit: quod eſſe mihi recti⁹ videf̄ q̄nq3 ab igne igneo ignes igneſco: ⁊ a flāma naſcitur flāmo flāmas ⁊ flāmeſco. ⁊ ſic patet ꝙ luxi preteritū produ. primā naturaliter cū lux lucis a quo naſcitur producatur.

De accentu partiū indeclinabiliū.

**Iam in precedentibus** determinatū eſt de modo accētuandi in partib⁹ declinabilibus: Nunc ſexto determinandū eſt de modo accentuandi in partibus indeclinabilibus. ⁊ primo de accentu prepoſitionū. ſecundo aduerbiorum. De accentu prepoſitionū tres regule dantur: quas interponā cum determinabo de impedimēto accentus diſtinctionis. Quedam prepoſitiones interponunf̄ vel in compoſitione vel in appoſitione: vt qua de cauſa: qua ex re: quam ob rem: quas ob res. que quidā putant eſſe compoſita: quia Priſcianus dicit in. xiij. libro ꝙ ob prepoſitio cū alijs partibus coniuncta ſimul cum illis loco coniūctionis cauſalis accipif̄: vt q̄obrem pro quapropter: vt. ſ. totum hoc q̄obrem pro cauſali coniunctione ponatur: ſiue dicatur pars compoſita ſiue non. Donatus tamen dicit: Interrogandi aduerbia cur: quare: quamobrem: quidā dicunt eſſe tres dictiōes aggregatas loco vni⁹ poſitas ⁊ penultimā acuētes. Quidā dicūt ſub trib⁹ accidentibus ꝓferendis.

De accentu aduerbiorum.

**In aduerbiū** deſinat in a acuitur in fine vt dicit Priſ. in libro de accentu. Ad cuius intelligentiā ſcias ꝙ vt dicit Prician⁹ in. xv. li. aliq̄n ablatiui nominū pro aduerbijs accipiuntur: vt vna qua nequa: ⁊ de talibus intelligitur: tunc enī ſeruant accentū ſupra vltimā propter concidentiam in nomine. vnde vna aduerbium acuitur in vltima ad differentiā eiuſdem ſm ꝙ eſt nomen: ne. ſ. nomen eſſe putetur. Alia enī aduerbia in a non acuunf̄ in fine: vt poſtea: interea: ita. Sed quid dicem⁹ de roma ianua q̄n ponunf̄ aduerbialiter: vt venio roma: debet ne acui in fine: Dico ꝙ non: quia non eſt omnino ſimile in vna ⁊ roma. Non enim ita omnino aduerbialiter ponuntur nomina propria ſicut vna: qua: nequa. quod patet quia debent concordare cum nominibus adiectiuis ⁊ relatiuis accidētibus ſicut alia nomina: vt venio roma que eſt pulchra ciuitas.

De aduerbijs terminantibtibus in e.

**Aduerbia** terminata in e nō deſcēdētia a ꝑprijs noīb⁹ cor. penf̄. vt a primū primule: ſedulus ſedule. ſ3 veniētia a proprijs noīb⁹ ꝑdu. vt tulliane. i. modo tullij: martiane. Et ꝙ vt dicit Priſ. in. xiiij. li. noīa apud autores aduerbialiter ponūf̄: ⁊ quedā p oēs caſus: ⁊ tūc ſunt indeclinabilia: vt ſublime volans: ſublime volantis: ſublime volanti ⁊c̄. ⁊ talia nō mutāt accentū. Itē nota ꝙ ſm Priſ. pone aduerbiū acuit penultimā ad differentiā hui⁹ verbi pone q̄d circūflectit primā. S3 nunq̄d hoc in alijs ↄſilib⁹ regulariter obſeruaf̄: vt dicaf̄ age vltima acuta q̄n eſt aduer. ad differentiā age vbi impatiui: Dico ꝙ nō: q2 eſt q̄n autores ſeruauerūt ↄcidētiā: ⁊ eſt q̄n nō. Nec3 oportet ꝙ in talib⁹ ſeruef̄ cōcidētia niſi in paucis poſitis ab autore: q2 vtraq3 eſt pars principalis: ⁊ certā habēt differētiā propt̄ accidētia ſua: ⁊ neutra depēdet ab alia ſicut infra dicef̄ cū agetur de impedimento differentie.

De deſinentibus in i.

**In i aduerbia** terminata corri. penul. vt veſperi.

De deſinentibus in o.

**Aduerbium** ſi terminef̄ in o cā differētie i vltimo ſeruat accentū: vt falſo q̄n eſt aduerbiū vltima acuif̄: q̄n eſt nomē vltima grauaf̄. hoc dicit Priſ. in li. de accentu. Hoc intelligi videf̄ de aduerbijs in o deſinētib⁹ deſcēdētibus a ꝑnoīb⁹: vt eo aliquo alio. Lic3 enī q̄s ſit nomē et alius: tñ q̄dā putauerūt iſta noīa q̄ ſequūf̄ regulā ſecūdi modi ꝑnominū: vt q̄s: ⁊ cōpoſita ei⁹ ⁊ ali⁹ ⁊ huiuſmodi eē ꝑnoīa. vñ cū dicit Aduerbiū in o terminatū acuit vltimā: gloſaf̄ De quib⁹ aduerbia q̄ facis addas. iſta expoſitio videf̄ mihi bona: ⁊ in paucis habet inſtantiā. excipif̄ tñ falſo: q2 Priſ. dicit ꝙ acuit vltima3: ⁊ forte aliq̄ pauca alia. De h̄ ēt infra dicā cū agef̄ de ipedimēto differentie.

De deſinentibus in am.

**In am** niſi defendat poſitio ne vnq̄3 i penul. deꝑmunf̄: vt bifariā trifariā multifariā. Quidā excipiūt palam ad differētiā accuſatiui de pala pale. ſed hoc multis nō placet: quia ſm hoc acueretur multifariā ad differentiā adiectiui noīs: ⁊ perperā ad differētiā adiectiui noīs. Declinaf̄ aūt perpe

ꝛtis ra rũ. Propterea huiuſmodi differẽtia vel cõcidẽtia nõ ſemꝑ attẽdit̃: imo eſt qñ autoꝛes ſeruauerũt ꝯcidẽtiã: eſt ⁊ qñ nõ: vt infra in impedimẽto differẽtie dicet̃.

De deſinentibus in as.

**In as** aduerbia terminata in vltima acuũtur: vt alias ſm ꝙ eſt aduer. acuit̃ ĩ vltima ad differẽtiã noĩs alias de alia aliꝰ qđ in fine grauat̃.

De deſinentibꝰ in er.

**In er** aduerbia terminata coꝛ. penulti. vt grauiter: niſi poſitio interueniat: vt prudenter.

De deſinẽtibꝰ in es.

**In es** aduerbia deſinentia coꝛ. penulti. vt quinquies.

Aduerbia terminata in itus.

**Aduerbia** in itus terminatinata coꝛripiũt penulti. vt funditus diuinitus.

In c.

**In c aduerbia** terminata acuũt vltimam: vt huc adhuc: hinc adhĩc dehinc: hac illac iſtac: illic iſtic quoꝛum etiam integra erãt illice iſtice illuc iſtuc. excipitur donec quod vltimã coꝛripit ſicut ⁊ nec. ⁊ ideo penultima acuitur.

In l.

**Aduerbia** terminata in l pauca inueniunt̃: ⁊ coꝛ. penul. in triſillabis ⁊ deinceps: vt inſimul edepol. ſimul enĩ primã coꝛ. Facetꝰ: Gratus ⁊ optatus ſtudeat ſimul oĩbꝰ eſſe. Diſſyllaba vͦo habẽt in penul. accentũ: vt ſemel.

De dubijs aduerbioꝛum.

**Dubitari** cõſueuit de accẽtu quoꝛundã aduerbioꝝ: ſicut de his q̃ cõponunt̃ a magis: minꝰ: modo: ſuper: tñ: tenus: vbi: inde: longe. de quibꝰ ꝑ oꝛdinẽ videndũ eſt.

De compoſitis a magis.

**Multo magis** ſicut dicit Hug. in roſario ſemper due ſunt ꝑtes: ⁊ ſic duobꝰ accẽtibꝰ regẽde. ſilr̃ ẽt q̃nto magis. Et ſcias ꝙ multo ⁊ q̃nto ſunt noĩa aduerbialiter poſita: ⁊ nõ mutãt accentũ nominũ. vñ nõ debẽt acui in fine. ſilr̃ multo, maxime dicit̃.

De cõpoſitis a minꝰ.

a **Minus** compoſita etiã habẽt dubitationẽ: de quibꝰ Hug. in roſario dicit: Paulominꝰ ⁊ nihilominꝰ q̃nq; ſunt dictiones cõpoſite: q̃nq; oꝛationes. Cũ autẽ paulominꝰ eſt dictio cõpoſita debet ꝓferri ſub vno accẽtu acuto poſito in antepenul. ⁊ eſt aduerbiũ remiſſiuũ: ⁊ tantũ valet q̃ntũ fere: vt paulominus ꝯſũmauerũt me in terra. Qñ vͦo ſunt due dictiones: ⁊ paulo ablatiuus: ⁊ minꝰ nomẽ vel aduerbiũ: vt paulo minꝰ: debẽt ꝓferri ſub duobꝰ accẽtibꝰ: ſ; minus coꝛ. Et minꝰ compatiue tenet̃ tã nomen q̃; aduerbiũ vt paulominꝰ minoꝛatus ab angelis: ⁊ minuiſti eũ paulo minus ab angelis. Itẽ iſte eſt doctoꝛ: ſ; ipſe eſt paulo minus ipſo doctꝰ. Itẽ hoc aĩal eſt paruũ: ⁊ hoc eſt paulo minus illo. ſilr̃ eſt de dictione nihilominꝰ. Cũ enĩ eſt dictio cõpoſita deberet regi vno acuto accentu in antepenul. collocato: ⁊ eſt ꝯiũctio aduerſatiua: ⁊ valet tantũ q̃ntũ tamẽ: vt ipſe me offendit: ⁊ ego nihilominꝰ benefeci ei. Qñ vͦo ẽ oꝛatio. ſ. ablatiuus nihilo ⁊ minus nomen vel aduerbiũ debet ꝓferri duobꝰ accẽtibꝰ ſicut paulo minus. ⁊ minus tenet̃ compatiue ſiue noĩaliter ſiue aduerbialiter accipiatur: vt iſte multũ comedit: ⁊ iſte nihilo minus iſto. nominaliter tenet̃ hic: Hoc aĩal eſt magnũ: ⁊ illud nihilo minꝰ eſt illo. ⁊ ſemꝑ in tali conſtructione intelligimꝰ minus ad regimen illius ablatiui, ſicut eſt in paulo minus. Quo minus per q ſcriptũ ſemꝑ ſunt due dictiones. Nã cominꝰ ꝑ c. i. prope; vna dictio eſt: tñ Papias dicit: Quominꝰ. i. aliter non: quaſi pro vna dictiõe ſumẽs. De ſiquominꝰ ſunt due opiniones. Nã Hug. in roſario dicit tres eſſe dictiones. Joan. xiiij. Si quo minꝰ dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locũ. ⁊ ſunt ſub tribus accentibꝰ ꝓferẽde. ⁊ eſt ſi ꝯiunctio: minus ponit̃ pro aduerbio negãdi. ſ. non. quo eſt nomẽ: ⁊ ibi ſupfluit. vel ponit̃ aduerbialiter quo id eſt aliquo modo: ⁊ eſt ſenſus Si non eſſent: vel aliquo modo nõ eẽnt in domo patris mei mãſiones multe dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobis locũ. Alij dicunt ꝙ ſunt due dictiões. ſ. ablatiuꝰ ſiquo: ⁊ minꝰ aduer. i. ſi in aliquo minꝰ. ⁊ ſm vtrãq; opinionẽ minꝰ acuit penul. Cominꝰ ⁊ eminꝰ cõponunt̃ a manꝰ: ⁊ coꝛ. mi. vñ verſus: Eminꝰ ad lõge ſed cominus ad prope ſpectat.

De compoſitis a modo.

**Compoſita** a modo q̃ſtionẽ hñt: vt quomodo nullomõ ⁊c̃. Ad hoc dicit Hug. in p̃dicto libello q̃ roſariũ dicit̃: ꝙ quo modo: nullo modo nõ ſunt dictiones cõpoſite ſ; due dictiones: vnde duobꝰ accẽtibꝰ debẽt regi. Ponit̃ tñ q̃nq; quomodo pro q̃liter: ⁊ tũc in ſignũ huiꝰ rei ꝙ ille due dictiones ponunt̃ pro vna: pñt ꝓferri ſub vno accentu. ed qñ retinent̃ in vi nominũ: tũc ſub duobꝰ accentibꝰ debẽt ꝓferri. Silr̃ dicẽdũ eſt de nullo modo ⁊ vllo modo Priſ. etiã dicit in. xv. li. vbi agit de abnegatiuis: Alie partes accipiunt̃ pro aduerbioꝝ diuerſis ſignificatioibꝰ: ⁊ eſt qñ due partes ponunt̃ pro vna: vt nullomodo: nullatenus. Ex predictis verbis duplex eſt opinio. Quidã dicũt ꝙ penul. predictoꝝ acuit̃: qꝛ ſub vno accẽtu ꝓferunt̃ vt ꝑ vna dictione notent̃. Alij dicunt Priſ. ideo dixiſſe duas partes pro vna poni: non ꝙ ſint due: ſed potiꝰ vna cõpoſita: qđ Priſ. nunq̃ negat: ſed duas inq̃t: eo ꝙ due integre partes ꝑ cõpoſitionẽ ibi iuncte inueniunt̃. De ſolũmodo ⁊ tantũmodo ⁊ nullomodo vſualiter tenet̃ ꝙ ſint ſub vno accẽtu ſicut cõpoſita dictio ꝓferẽda. Pñt nihilominꝰ eẽ due partes: ſed in alio ſenſu. quo enĩ ⁊ modo due partes ſunt. ſi quo modo tres ꝑtes ſunt vel eẽ pñt: vel due: ſiquo ⁊ mõ. Quicq̃d tñ ſit, ꝓfert̃ mõ diſiunctim penul. acuẽdo.

De compoſitis a ſuper.

a **Super compoſita** dubitationem habent: vt deſuper inſuper. Quidam enĩ dicũt ꝙ ſunt due dictiones: ⁊ ſic ſub duobus accẽtibus ſunt proferende. ⁊ ſuper tenetur loco caſus: nam ſi caſus ſequitur cõſtat duas eſſe dictiones: vt de ſuper terram. Alij quod verius creditur eſſe dicũt vnam dictionẽ eſſe compoſitã. Dicit enĩ Priſ. in. xiiij. li. in tractatu prepoſitionũ a: ꝙ prepoſitio carens caſu ſolũ preponit̃ ꝑ cõpoſitionẽ. vñ quin dicit in regula generali ꝙ prepoſitio cõpoſita cũ dictione habẽte penultimã acutã antepenul. eam facit: dat per oppoſitũ intelligi ꝙ ſi penultima eſt coꝛrepta in ſimplici: in compoſitione nihilominus ſit coꝛ. vñ inuenitur deſuper ⁊ defoꝛis. idem a ſimili dic de afoꝛis.

De compoſitis a tamen.

**E compoſitis** a tamen querit̃: vt attamen: verumtamen: ſitamẽ: ſedtamen. Hug. dicit ꝙ ſunt due dictiones: ⁊ ſub duobus accentibus proferende. vñ verum tamen duobus accẽtibus debet proferri: ⁊ ibi verum eſt nomen: ſed ponitur pro hac coiũctione copulatiua: ſed tamen eſt coniunctio aduerſatiua. Similiter dicit de attamen ⁊ ſedtamen. ⁊ dicit ꝙ at ⁊ ſed ſunt ibi copulatiue cõiunctiones. tamen vͦo eſt aduerſatiua coniunctio. ⁊ dicit etiam ꝙ Priſcianꝰ nõ facit mentionẽ de cõpoſitione predictoꝝ. Alij dicũt ꝙ tamen cũ predictis cõponit̃: ⁊ ſub accentu acuto in antepenulti. poſito ſunt predicte dictiones ꝓferẽde: vt verũtamẽ attamen ſedtamen ſitamen. ⁊ hͦ qñ ponunt̃ in vi vniꝰ ꝯiũctionis: ſicut pro ſed vel pro ſili dictione. Pñt etiã p̃dicte eẽ oꝛationes ſiue due ꝑtes: ⁊ regi duobꝰ accẽtibꝰ: ſ; in alio ſenſu: vt ſi dicã: Frater ioannes ianuenſis qui cõpilauit hũc librũ dicit ꝙ deinceps acuit penul. verũ tñ eſt ꝙ multi aliter dicũt: ⁊ ita de ſilibꝰ. ſ; tũc tamen ponit̃ pro ſed: ⁊ verũ eſt nomẽ. ⁊ hoc cõiter tenet̃: ⁊ hoc credo verũ. Dico ergo ꝙ verũtamẽ ⁊ attamen ⁊ huiuſmodi debẽt acui in penul. vt dictũ eſt. ſiue velis dicere

ꝙ ſint vere cõpoſitiões: ſiue mauis dicere ꝙ ſint irregulares vocũ ꝯgeries fungentes loco vnius dictõis. Inueniť etiã tametſi. Ad Hebre. vi. Tametſi ita loq̃mur. i. q̄uis.

De compoſitis a tenus:

**E compoſitis** etiã a tenus dubitať. Priſ. eni dicit in tractatu ꝓpoſitionũ a: ꝙ apud grecos τοαχρις qḋ eſt tenus nõ prepoſitio ſed aduerbiũ eſſe oſtendiť. vñ de hactenus: nullatenus: quatenus: oretenus: queriť: an ſint dictiões cõpoſite. Ad hoc dicit Hu. in roſario ſiue in libello q̃ intitulať ſm eũ de dubio accentu: ꝙ hactenus: quatenus: nullatenus ſunt due dictiones inuicẽ cõpoſite ⁊ debent proferri vno accentu acuto poſito in antepenul. ⁊ addit vt oĩs obiectio remoueať. Dicimus ꝙ hactenus nõ cõponiť ex hac ſm ꝙ eſt ꝓnomẽ: ſed ſm ꝙ eſt aduerbiũ vel aduerbialiter teneť: ſed ſi hac teneť in vi ꝓnoĩs ⁊ tenus in vi prepoſitionis ꝓferendũ eſt ſub duobus accẽtibus hactenus. ſilr in oĩbus conſilibus. Ad hanc opinionẽ facit ꝙ dicit Papi. eatenus. i. eouſq;: hucuſq; ea rõne ⁊ ita videť velle ꝙ ſit vna dictio. Itez dicit quatenus eſt aduer. loci vel tp̄is: vt qũ dicimꝰ: Quatenus ibimus. i. vſq;quo: q̃ rõne: quo ordine: quouſq;. Itẽ Hu. in ꝑdicto li. dicit: ꝙ põt dici ꝓtinus ꝑ i: ⁊ deriuať a ꝓpe. ⁊ ẽ aduer. tp̄is vel ordinis protinus. i. ſtatim vel conſequenter. Poteſt etiã dici protenus ꝑ e: ⁊ eſt compoſitũ a pro vel a procul: ⁊ tenus ꝑ e: ⁊ eſt aduer. loci. ꝓtenus. i. longe: quaſi ꝓcul a tenus. Quatenus aũt ſemꝑ ſcribi debet ꝑ e: ⁊ nunq̃ ꝑ i. Nihil enĩ eſt quatenus. Priſ. etiã dicit quatenus eſſe adiunctiuã ꝯiunctionẽ. Alij dicunt ꝙ poſſunt eſſe dictiones vel orationes. vñ Papi. ſub ſyllaba hac hactenus. i. vſq; nunc quidã duas faciũt ꝑtes quidã vnã: ſed melius vnã. Item Hug. in libello de dubio accentu dicit: ꝙ ſi in hac dictione quatenus teneať qua in vi noĩs: ⁊ tenus in vi prepoſitionis ꝓferendũ eſt qua tenus ſub duobus accentibus: ſicut ⁊ hactenus. ⁊ ſubdit: Sed diceret aliquis: Qualiter potero cognoſcere ꝙ quatenus ſit dictio cõpoſita: vel ꝙ ſint due dictiones. Ad hoc dicimus ꝙ ſenſus ꝯſtructionis hoc ei indicabit ⁊ etiã dictionũ cõſtructio: Si enĩ illi ablatiui teneńť adiectiue: dicendũ eſt nulla tenus: hac tenus qua tenus ſemꝑ ſub duobꝰ accentibus ꝓferẽdo. Si vͦ nõ teneńť adiectiue: ⁊ in vi ablatiuoꝝ efficiunť dictiones compoſite ex illis ⁊ prepoſitione tenus ⁊ tunc diceť hactenus: nullatenus: quatenus: ſub vno accentu poſita ſuꝑ antepenul. ſyllabã. Et ꝙ dicit Priſ. duas partes poni pro vna: qũ dicit nullatenus: dicimus eũ dixiſſe hoc: nõ q; vellet nullatenus nõ eſſe dictionẽ compoſitã: ſed q; ille due partes integre iunguńť in illa cõpoſitione: hec Hu. Papi. ſm vſuz ꝓpria videť ſtare opinione. vñ dicit hac tenus q̄ſtum ad artẽ due ſunt partes: pronomẽ ⁊ prepoſitio: ſicut pube tenus: ⁊ circũ tenus. ſed obtinuit vſus ꝓ vna parte haberi. ſ. ꝓ aduerbio tp̄is. Tertij dicunt ꝙ tenus aliq̃n poſtponiť dictioni caſuali: vt hac tenus ꝑ h: qua tenus: ore tenus: verbo tenus: ⁊ tunc nõ inde ꝓuenit cõpoſitio: imo oꝛ̃o. Tenus aũt prepoſitio que quaſi ſemꝑ poſtponiť diſiunctim a ſuo ablatiuo proferť q; tunc ſm Priſ. nunq̃ ꝑ cõpoſitionẽ prepoſitiones ſic poſtpoſite ꝓferuńť. Qum g̊ diciť qua tenus: verbo tenꝰ circũ tenus: hac tenus ſũt due partes: ⁊ ſub duobus accẽtibus ꝓferẽde: ⁊ te acuiť: q; prepoſitio poſtpoſita ſuo caſuali ſeruat generalẽ regulã accẽtuũ q̃ eſt vt biſſyllabe ꝑpoſitiones acuũt penul. vñ dicit Priſ. in tractatu prepoſitionũ. Sine prepoſitio eſt ⁊ verbũ: ſed accentu differt qñ ꝑponiť: ꝑpoſita enĩ grauať vtraq; ſyllaba: vt ſine timore poſtpoſita penulti. acuit: vt te ſine nil altũ mens inchoat. De hoc etiã vide infra in impedimento dictionis. Si vͦ tenus poſtponiť dictiõi nõ caſuali tũc põt eſſe cõpoſitio vt ꝓtenus qḋ cõponiť a ꝓcul ⁊ tenus: ⁊ actenꝰ ſine h: qḋ cõponiť ex ac aduerbio ⁊ tenꝰ. vñ Papi. bñ dicit actenꝰ eſſe cõpoſitũ: ⁊ tũc ſine h ſcribiť. qñ vͦ ibi eſt h: ſunt due partes ⁊ duobus accentibꝰ ꝓferende hac ⁊ tenus: ⁊ acuiť te. Sed ꝙ dicit Papi. eatenus eſſe dictionẽ: iõ hͦ facit: q; eſt oꝛ̃o nõ ꝑfecta. Et ꝓpter hͦ etiã dicit ꝙ quatenus ẽ aduer. i. aduerbij loco ſũptũ: q; ꝑpoſitio cũ caſuali equipollet aduerbio. vel poteſt dici ꝙ Papi. loquiť ꝓ ſuo tp̄e: q; forte tunc vſualiť dicebať: oretenus grauata te: ſed ſm artem acuenda eſt. ⁊ hͦ videť notaſſe Papi. qũ dicit hac tenus. q̄ſtũ ad artẽ aũt ſunt due ꝑtes: ꝓnomen ⁊ ꝑpoſitio ſicut pube tenus: ſed vſus obtinuit ꝓ vna ꝑte haberi. Sʒ nũc moderni litterati cõiter dicũt: ꝙ pubetenus ⁊ hactenus ⁊ hmõi ſunt dictiones: ⁊ acuiť te: q; prepoſitio poſtpoſita ſuo caſuali ſeruat ꝓpriũ accentũ: vt dictũ eſt. De q̃tenus dicendũ ꝙ ſunt due ꝑtes. ⁊ qḋ dicit Hu. ꝙ q̃tenus ſemꝑ ſcribiť ꝑ e: ⁊ quatinus nihil eſt: nõ crediť ei: imo q̃tinus ꝓut ꝑ i eſt ſcribendũ deriuať a qua ⁊ eſt ſimplex. vñ dicit Papi. Quatinꝰ ꝓut eſt ꝯiunctio cauſalis: ꝑ i ſcribiť. Põt etiã eſſe ꝯiunctio adiũctiua. Hoc etiã vult Greciſmus qui dicit: Dictio quatinus eſt: oꝛ̃o quatenus eſto Dictio ſub media breuis: eſt oꝛ̃o longa. Si fiat ꝓſa: breuiat tñ vtraq; metrũ. Hec vltima opinio ꝓbabilior eſt ⁊ cõior. Sed hͦ oriť queſtio quedã difficilis ⁊ nõ diſſimulãda. Dictũ eſt enĩ ꝙ ore tenus hac tenus ꝑ h: qua tenus ⁊ hmõi ſunt due partes ⁊ duobus accentibꝰ regende. Sʒ quid dicemus de nullatenus vllatenus oẽs cõiter ꝓferũt has dictiones ſub vno accentu tanq̃ ſint dictiones cõpoſite: ſũt q̃dã irregulares vocũ ꝯgeries: q̃ ſm vſũ ſub vno accentu acuto poſito ſuꝑ añpenul. ꝓferuńť: ac ſi eſſent vna dictio cõpoſita. ⁊ talis irregularis vocũ ꝯgeries inueniť in multꝭ alijs: ſicut in eueſtigio extemplo. vñ dicit mgr̄ ⁊ bñ: In ope Donati inuenimꝰ: ꝙ ꝑpoſitio videť ꝑ cõpoſitionẽ venire cũ ſequẽti caſuali: vt inuicẽ extemplo nõ extimplo: q; ꝑpoſitio nõ corrũpit caſũ cui tranſitiue adiungiť. i. actĩm ⁊ ablĩm ſequẽtẽ: ⁊ ita nihil ex dictũ extimplo Silr videńť cõpoſitiões eſſe ꝯſiles: decetero: defacili: ex improuiſo: eueſtigio: q̃s oẽs dicimus in veritate nõ eſſe cõpoſitiones: ſed irregulares vocũ cõgeries. ⁊ hͦ iõ: q; caſus cũ ſua ꝑpoſitiõe fungiť loco aduerbij vel aduerbialis determinationis. vñ pñt caſualia cũ ſuis ꝑpoſitionibus ad interrogationes aduerbioꝝ rñderi: vt quo vadis: ad vrbẽ q̃liter fiet hͦ: de facili. qualiter introiuit iſte: ex improuiſo. qñ veniſti: extemplo. i. ſtatim. Sic g̊ vt dictũ eſt ꝙ nullatenus vllatenus ⁊ hmõi nõ ſunt cõpoſitiones: ſed quedã irregulares vocũ cõgeries: q̃ ſub vno accentu ſm vſũ ꝓferuńť ac ſi eſſent vna dictio. Et hoc innuit Priſ. in tractatu aduerbioꝝ: vbi agit de abnegatiis dicens. Eſt qñ due partes ponuńť ꝓ vna: vt nullomõ: nullatenꝰ. Si aũt vlterius velis inſtare ⁊ dicere: g̊ a ſili oretenus hactenus ⁊ hmõi poſſunt ſub vno accẽtu ꝓferri. Dico ꝙ nõ ſequiť q; predicta ſunt quedã irregulares congeries vocũ ⁊ improprietates artis: ⁊ improprietates nõ ſunt extendende lʒ ꝓpter cõem vſum: vel ꝓpter poeticã auctoritatẽ ſũt ſuſtinende: ⁊ ita ſiſium idem ſit iudiciũ.

De compoſitis ab vbi.

**E compoſitis** ab vbi cõſueuit q̃ri vt alicubi: atubi: aſtubi: poſtubi: nũcubi ⁊c. Dico ꝙ vbi recipit. xj. interpoſitiões ⁊ adiectões: vt ſicubi: necubi: alicubi: nũcubi: ecubi: vbiq;: vbiubi: vbiuis: vbilibet: vbicũq;: vbinã. ⁊ q̃libet iſtarũ dictionũ vno accẽtu regiť qũ ſit vna dictõ vñ ſicubi: necubi: alicubi: nũcubi: ecubi: acuũt antepenul. vbiq; vͦ acuit penul. de alijs põt patere. Inueniuńť etiã quedã vocũ aggregationes q̃ videńť eſſe cõpoſite ab vbi ſed ꝓprie nõ ſũt cõpoſitiões ſed q̃dã irregulares vocũ cõgeries: vt atubi: aſtubi: poſtubi: q̃ funguńť loco vnius dictionis. ſ. poſtq̃ vel ſed: vel alterius cõſilis dictiõis. ⁊ tũc ad denotandũ ꝙ due dictiões ponuńť ꝓ vna debent ſub vno acentu ꝓferri: vt videlicet antepenul. acuať. Poſſũt nihilominus poni in vi duarũ dictionũ: vt manifeſtũ eſt vt at vbi. i. ſed poſtq̃ ſed qñ. vñ ad Gal. At vbi venit plenitudo tp̄is. i. ſed poſtq̃: ⁊ tũc cõſtat ꝙ reguńť duobꝰ pͥncipalibus accentibus. ⁊ ſilr de aſt vbi: poſt vbi: ⁊ ſilibus.

ſi aliqñ huiuſmodi irregulares vocũ ↄgeries inueniant̃.
De cõpoſitis ab inde ꝛ lõge infra dicã in impedimẽto di
ſtinctiõis: h̃ de accentu ptiũ etiã indeclinabiliũ dicta ſũt.

De ſex impedimentis accentus.

Hunc ſeptimo loco reſtat determiare de im
pedimẽtis accent⁹. Scias ergo ꝙ im
pedimenta regularũ de accentu traditarũ ſũt ſex
ſ. conciſio: differentia: conſortiũ: vſus encleſis: diſtinctio.
De vnoquoqꝫ iſtoꝝ nunc ꝑ ordinẽ videamus.

Conciſio impedit nãlẽ accẽtũ: qꝛ ſupra
quancũqꝫ ſyllabã fuerit accẽ/
tus in integra dictione: ſuꝑ eandẽ remanet incoꝛ
rupta: vt amat ꝓ amauit: circũflectit enĩ hanc ſyllabã mat
ſicut amauit: ꝛ eandẽ ꝓdu. Silr̃ deſinentia in as: ſeu gen
tilia: ſiue pria circũflectũt vltimã cã ↄciſiõis: qꝛ illa eadẽ
circũflectebat̃ in integris: vt noſtras: veſtras: cuias: arpi/
nas: rauẽnas: ꝛ his ſilia quoꝝ noĩatiui olim fuerunt no/
ſtratis: veſtratis: cuiatis: arpinatis: rauẽnatis penul. cir/
cũflexa. Silr̃ quiris: iſtic: illic: circũflectunt vltimã: qꝛ in/
tegra eoꝝ fuerũt quiritis: illicce: iſticce: q̃ noſtro tp̃e ꝑ cõ/
ciſionẽ ꝓferunt̃: ſicut vult Priſ. in. iiij. li. dicẽs vbi deter/
minat de deſinentib⁹ in as. Illud idẽ ↄtingit in vt̃is apo
copatis: quoꝝ ntĩ coꝛripiunt̃ in antepenl̃. q̃uis ibidẽ ſit
accentus acutus: vt virgilius o virgili: mercurius o mer/
curi: martyrius o martyri: vultus vultei: gaius gai. Tales
enĩ vtĩ acuũt penul. q̃uis ipſa ſit breuis: ſicut illa eadem
acuit̃ in ntĩs eoꝝ: ꝛ acueret̃ in illis vt̃is virgilie: mercurie
martyrie: ſi vſus haberet. g̊ ſubtracta vltima vocali opoꝛ/
tuit ꝙ accentus acutus remaneret ſuꝑ eandẽ ſyllabã ſuꝑ
quã fuiſſet in integris: ſicut ꝓbat Priſ. in li. vij. b. vbi de/
terminat de vt̃o ſingulari ſecunde declinationis. Oñdit
etiã ibidẽ ꝙ vultei pompei ſũt duarũ ſyllabarũ: ꝛ i eſt ibi
ↄſonans: ꝛ gai monaſyllabum eſt. vide in tertia parte vbi
agit̃ de vt̃o ſecunde declinationis. Sed obijcit̃ ↄtra hoc
documentũ de cõpoſitis ab inde aduerbio: vt exinde: ſub
inde deinde: ꝓinde: qñ hec integra habẽt accentũ ſuꝑ añ
penul. ſed facta ↄciſione habent accentũ ſupꝛa hanc ſylla/
bã in: vt exin: ſubin: ꝓin: dein. Ad hoc dico ꝙ integra nõ
habuerũt accentũ acutũ ſuꝑ antepenul. ꝑ naturã qꝛ penl̃.
eſſet longa poſitione: ad quã ꝑtinebat pꝛincipalis accen/
tus: ꝛ iõ facta coꝛruptione ſiue ↄciſione vltime ſyllabe ac
centus reuertit̃ ad locũ ſuũ. i. ad ſyllabã in. Item obijcit̃
de hoc verbo petijt ꝓ petiuit: qꝛ nõ hꝫ accentũ ſuꝑ penul.
Dico ꝙ mutatio tp̃is hoc fecit: qꝛ petiuit ꝓdu. penul. ſed
petijt coꝛ. ꝓpter vocalẽ ſequentẽ. Silr̃ deũ acuit penul. ꝓ
deoꝝ: ꝛ nõ videt̃ regulã ↄciſionis ſeruare: qꝛ deũ acuit pe
nul. ſed deoꝝ flectit. Dico ꝙ h̃ fit ꝓpter ſubtractionẽ vo/
calis. Regula enĩ de cõciſione intelligit̃ remanente eadẽ
vocali: ſicut vult Priſ. in. vij. li. vbi agit de vt̃is ſcõe de/
clinationis: In abſciſionibus inquit: ſi ea vocalis in qua
eſt accentus integra manet: ſeruat etiã accentũ integrũ: vt
audijt audiuit noſtras noſtratis: illic illicce.

De mutatione accentus cauſa differentie.

Cauſa differentie ſepe mutat̃ vel coꝛrũpit̃
nãlis accentus: vt pone aduer. acuit
vltimã ad differentiã hui⁹ verbi pone: qȯ circũ/
flectit pꝛimã. Silr̃ circũ qñ poſtponit̃ caſuali acuit vlti/
mã ad differẽtiã hui⁹ noĩs circũ: vt maria oĩa circũ. Silr̃
ergo nomen circũflectit vltimã ad differentiã huius con
iunctionis ergo. Et alio ꝛ aliquo habent accentũ in fine
ad differentiã nominũ ſicut alias ꝛ hoc poſſeſſiuũ cui⁹ in
